& remedia nobis sempiterna perueniant. Per.

Super populum. Oratio.

Tu nos misericordia deus: & ab omnissurreptione vetustatis ex-
purget; & capaces sanctæ nouitatis efficiat. Per dominum.

Feria quarta. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus: ut qui nostris excessibus
incessanter affligimur: per unigeniti tui passionem liberemur.
Qui tecum viuit & regnat. Oratio.

Deus qui p nobis filium tuum crucis patibulum subire voluisti: ut
inimici à nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis
ut resurrectionis gratiam consequamur. p
Purifica nos misericors deus: ut ecclesiæ tuæ pces: q tibi gratae sunt:
pia munera deferentes: sicut expiatis mentibus gratiore. Per do-
mini a nostrum. Postcommunionem.

Ergo sensibus nostris omnipotens deus: ut per temporalem fi-
lii tui mortem: quam mysteria veneranda testantur: vitæ nobis re-
dedisse confidamus. per. Super populum. Oratio.

Respic quæsumus domine: super hanc familiam tuam: pro qua
dominus noster iesus christus non dubitauit manibus tradi nocen-
tium & crucis subire tormentum. Qui tecum viuit.

Feria quinta in coena dñi. Benedictio ignis. Oratio.

Deus qui filium tuum: angularem scilicet lapidem/charitatis
ignem fidelibus tuis contulisti productum ex silice/nostri
profuturum visibus: nouum hunc ignem sanctifica/& concede no-
bis/ita per haec festa paschalia cœlestibus desiderijs inflammari/ut
ad perpetue claritatis puris mentibus valeamus festa ptingete. p.

Benedictio Incensi. Oratio.

Quemus omnipotens deus abraam. deus isaac. deus iacob.
Immitte in hanc creaturam incensi/viui odoris tui efficacis-
am: ut sit seruulis tuis vel ancillis munimentum/tutelaq defensio-
nis/ne intret hostis in uiscera eorum/neq aditum possit habere
vel sedem. Per dominum nostrum. Oratio.

Deus a quo & iudas reatus sui poenæ/& confessiōis sue latro pmiū

sumpsit concede nobis tuæ propiciacionis effectum: ut sicut in paſſione ſua Iesu Christuſ dominuſ noster diuerſa vtricq; intulit ſti-
pendia meritor̄ ita nobis ablatuſ vetuſtatiſ errore: reſurrectioniſ
ſua gratiā largiaſt. Qui tecum.

Sacra.

I pſe tibi domine sancte pater omni potens deus ſacrificiuſ noſtrum
reddat acceptū: qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemorationem hoc fie-
ri hodierni traditiōe moſtrauit Iesu xps dñs noster. qui. Poſtco. Refecti vi-
talibus aliementis queſumus dñe deus noster: vt quod te-
pore noſtræ mortalitatiſ exequimur: immortalitatiſ tuæ munere
consequamur. Per dñm noſtrum. Feria ſexta. Oratio.

Oremus dilectiſſimi nobis in primis p ecclieſia ſancta dei: vt
eam deus & dñs noster pacificare/adunare & custodire di-
gnetur: toto orbe terraꝝ ſub iugis ei principatus & potestates det-
q; nobis tranquillam & quietam vitā: degentib⁹ glorificare deū
& patrem omnipotentem.

Oratio.

Onnipotens ſempiterne deus: qui gloriā tuam omnib⁹ in Chri-
ſto gentib⁹ reuelasti: custodi opera misericordiæ tuæ: vt ecclieſia
tua toto orbe diffuſa: ſtabiliſidei confeſſione tui nominis perſeu-
ret. Pereundem.

Oratio.

Oremus & pro beatissimo papa noſtro. N. vt deus et dominuſ no-
ſter qui elegit eū in ordinem epifcopatus ſaluum atq; in columem
cufodiar: ecclieſia ſuæ ſancta ad regendum populuſ ſanctum dei.

Omni potens ſempiterne deus cuius iudicio vniuerſa. Oratio.
fundant: respice ppicius ad preces noſtras: & electum nobis Anti-
ſitem tua pietate coſerua: vt christiana plebs quæ te gubernatur
autore: ſub tanto pontifice credulitatiſ ſuæ meritiſ augeatur. Per.

Oremus & pro omnib⁹ epifcopis: & preſbyteris: dia- Oratio.
conib⁹: & subdiaconib⁹: acolytis: exorciftis: lectorib⁹: ciftia-
rijs: & coſſorib⁹: virginib⁹: viduis & pro omni pplo ſancto dei.

Omni potens ſempiterne deus: cuius ſpiritu totum. Oratio.
corpus ecclieſia ſanctificatur & regit: exaudi nos pro vniuerſis or-
dinib⁹ ſupplicantes: vt gratia tuæ munere ab omnib⁹ tibi gradi-
bus fideliter ſeruiatur. Per dominum.

Oratio.

Oremus & pro christianifſimo rege noſtro. N. vt deus & dñs no-
ſter ſubditas illi faciat omnes barbararas nationes ad noſtram per
petuam pacem. Per dominum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: in cuius manu sunt omnium potestates: & omniū iura regnum: respice ad christianum benignus imperium: ut gentes quae in sua feritate confidūt, potentie tuę dexterā comprimātur. Per dominum.

Oratio.

Oremus & pro cathecuminiis nostris: vt deus & dñs nř adaperiat auores præcordiorum ipsorum: ianuamq; misericordiæ: vt per lauachrum regenerationis accepta remissione omniū peccatorum: & ipsi inueniantur in Christo iēsu domino nostro.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus qui ecclesiam tuā nouā semper pro lefoecūdas: auge fidem & intellectum cathecuminiis nostris: vt renatis fonte baptismatis adoptionis tuae filijs aggregentur. Per dominum nostrum.

Oratio.

Oremus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem: vt cunctis mundū purget erroribus: morbos auferat: famē depellat: apertiar carceres: vincula dissoluat: peregrinantibus redditum: infirmatibus sanitatem: nauigantibus portum salutis indulgeat. p. Oratio

Omnipotens sempiterne deus: moestorum consolatio: laboratū fortitudo: perueniant ad te preces de quacunq; tribulatione clamantium: vt omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per.

Oratio.

Oremus & p hæreticis & scismaticis: vt deus ac dominus noster eruat eos ab erroribus vniuersis: & ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atq; apostolicā reuocare dignetur.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui saluas omnes, & nemine vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas: vt omni hæretica prauitate deposita: errantium corda resipiscant: & ad veritatis tuæ redeant vnitatem. Per dominum.

Oratio.

Oremus & pro perfidis Iudæis: vt deus & dominus noster auferat velamen de cordibus eorum: vt & ipsi agnoscant Iesum christū dominum nostrum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui etiam iudaicam perfidiā à tua misericordia nō repellis: exaudi preces nostras: quas pro illius populi obcæcatione deferimus: vt agnita veritatis tuæ luce que christus est: à suis tenebris eruatur. Per dominum.

Oratio.

Oremus & pro paganis: vt deus omnipotens auferat iniuriam cordibus eorum: & relictis idolis suis conuertantur ad deum viuu-

& verum; & unicum filium eius Iesum christum deum & dominum nostrum: cum quo vivit & regnat cum spiritu sancto deus;
Per omnia secula seculorum.

Oratio.

Omnipotens semperne deus qui non mortem peccatorum: sed vitam semper inquiris: suscipe propitiis oratione in nostram; & libera eos ab idolorum cultura: & aggrega ecclesiae tuae sanctae ad laudem & gloriam nominis tui. Per dominum nostrum.

Ad adorandam crucem.

Oratio.

TVam crucem adoro domine Iesu christe: tuam venerandam
recolo passionem/miserere mei qui passus es pro me,

O crux gloriofa, o crux veneranda, o crux adoranda, o lignum preciosum & admirabile signum: p quod & diabolus est vinctus: & mundus redemptus. Adoro te, benedicote, cōfido in te, diligo te tota mente, te pro amore dñi mei Iesu Christi, qui in te passus es pro me.

O mea salutatio: salua me, o mea erexitio eripe me, o liberatio libera me, per tuam sanctam crucem salua me christe saluator: qui mortem meam moriendo destruxisti: & vitam resurgendo reparasti, miserere mei Iesu benigne qui nasci/pati/mori/atq; resurgere dignatus es pro me. Qui vivis.

Oratio.

Domine Iesu christe adoro te in crucem ascendentem: & coronam spineā in capite portantem: deprecor te ut ipsa crux liberet me ab angustia vel de angelo percutiente.

Oratio.

Domine Iesu christe adoro te in cruce vulneratum: felle & aceto potatum: deprecor te: ut tua vulnera sint remedium aiae meae.

Oratio.

Dñe Iesu christe adoro te in sepulchro positum: myrra & aromatibus conditum: deprecor te ut tua mors sit vita mea.

Oratio.

Domine Iesu christe: adoro te descendenter ad inferos: liberater captiuos: deprecor te: ut non me dimittas introire in infernum.

Oratio.

Domine Iesu christe adoro te ascendentem in coelum: sed entemque addexterā dei patris: deprecor te miserere mei.

Oratio.

Dñe Iesu christe adoro te venturum in iudicio: deprecor te: ut in tuo aduentu non intres cum me peccatore in iudicium: sed deprecor te: ut ante dimittas / q̄i iudices. Qui vivis.

Oratio.

Crux est christianorum spes/crux mortuorum: resurrectione/crux caecorum: lux/crux conuersorum: via/crux claudorum: via & baculus; crux

pauperum consolatio / crux via fidelium / crux humilium inuitatio /
crux est superborum directio / crux victoria christi : crux san-
cta qui peperit in te saluet nos, & defendat, & protegat. Amen.

¶ Sabbato in vigilia resurrectionis domini.

Benedictio ignis.

Oratio.

Deus qui Moysi famulo tuo in specie ignis rubo ardente ap-
paruisti: quiq[ue] etiam spiritum sanctum tuum per Iesum chri-
stum filium tuum dominum nostrum de coelis promissum super
apostolos igneis linguis descendere fecisti: nobis quoq[ue] famulis tuis
charitatis ignem tribuere dignare: & hunc nouum ignem de la-
pide productum nostris visibus profuturꝝ sanctifica: & cōcede no-
bis: ita per hæc festa paschalia coelestibus desiderijs inflammari: vt
ad perpetua festa purgatis mentibus pertingere valeamus. Per
eundem dominum nostrum.

Benedictio Incensi.

Veniat quæsumus domine deus super hoc incensum larga tuę
benedictionis infusio: & hunc nocturnum splendorem inui-
sibilis regenerator accende: vt non solum sacrificium quod in hac
nocte litatum est/ arcana tui luminis admixtio efulgeat: sed quo
cunq[ue] loco ex huius aliquid sanctificationis fuerit mysterio depor-
tatum: expulsa diabolicae fraudis nequicia: virtus tuę maiestatis af-
sistat. Per dominum nostrum.

¶ Benedictio Cerei.

Oratio.

Deus qui diuinitas misericordiae tuæ in hac præcipue nocte lar-
giris: ppiciare vniuerso ordinis sacerdotalis officijs: & omnes
gradus famulatus nři pfecta delictorꝝ remissione sanctifica: vt mini-
stratores gratiæ tuæ nulli esse obnoxios patiaris offendæ. Oratio.
Deus qui mirabiliter creasti hominem: & mirabiliter redemisti/ da
nobis quæsumus cōtra oblectamēta peccatimentis ratione p̄fite
re: vt mereamur ad gaudia æterna p̄seuire. p. Oratio.

Deus cuius antiqua miracula in p̄fenti quoq[ue] saeculo coruscare sen-
timus: p̄festa quæsumus/ vt sicut priorem populi ab ægyptijs li-
berasti: hoc ad salutē gētiū per aquas baptismatis operis. p. Ofo,
Deus qui nos ad celebrandū paschale sacramētuſ viriſ p̄ testame-
ti paginis & istruis/ da nobis intelligere miām tuā: vt ex perceptiō-

præsentium munierum; firma si expectatio futurorum. Per domi-
num nostrum.

Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam noua semper gentium vocatione multi-
plicas; concede propitiis/ut quos aqua baptismatis abluis/contiu-
nua protectione tuearis. Per.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens deus/ut qui festa paschalia agi-
mus; cœlestibus desiderijs accensi/fontem vite sitiamus dominum
Iesum christum. Qui viuis.

Oratio.

Deus qui hanc sacratissimā noctem gloria dominice resurrectio-
nis illustras; cōserua in noua familiæ tuę progenie adoptionis spi-
ritum; quem dedisti; ut corpore et mēte renouati puram ubi exhi-
beant seruitutem. Per dñm. In unitate.

Sacra.

Suscipe quæsumus domine preces populi tui cum oblationibus
hostiar̄; ut paschalibus initiata mysterijs/ad æternitatis nobis me-
delam te operante proficiant. Per dominum.

Postcommunio.

Spiritu nōbis domine tuę charitatis infunde; ut quos sacramen-
tis paschalibus satiasisti; tua facias pietate concordes. p dñm nostrū.

In unitate eiusdem.

Oratio.

Ausfer à nobis domine cunctas iniurias nostras; ut ad sancta/
sanctorum puris mereamur mentib⁹ introire. Per.

Oratio.

Suscipe sancta trinitas hanc oblationem/quam tibi offero in me/
moriā passionis dominii nostri Iesu christi; & presta; ut in conse-
ctu tuo tibi placens ascendat; & meam & omnium fidelium salutē
operetur eternam. Per dominum nostrum.

Benedictio fontis.

Oratio.

Exaudi nos omnipotens deus; & in huius aquæ substantiā; tuā im-
misce virtutem/ut abluendī per eam sanitatem simul & vitam ne-
reantur eternam. Per dominum.

Alia oratio.

Omnipotens sempiterne deus, adesto magna pietatis tuę myste-
rijs; adesto sacramentis; et ad recreados populos nouos: quos tibi
fons baptismatis parturit; spiritum adoptionis emitte; ut quod no-
strę humilitatis gerendum est; mysterio tuę virtutis impleatur esse
estu. Per dominum. In unitate eiusdem.

In die Resurrectionis domini.

Oratio.

D̄eus qui hodierna die per vnigenitū tuum æternitatis nobis
aditū deuicta morte reserasti; vota nostra q̄ pueniēdo aspiras

etiam adiuuando prosequere. Per dominum nostrum.

Feria secunda.

Oratio.

Deus qui solemnitate paschali mundo remedia contulisti; populum tuum quæsumus cœlesti dono prosequere: ut et perfectam libertatem consequi mereatur; & ad vitam proficiat semper eternam. Per dominum nostrum.

Feria tertia.

Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam nouo semper fœtum multiplicas: concede famulis tuis: ut sacramentum viuendo teneant: quod fide percepunt. Per dominum nostrum. Sacra. Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc piæ deuotionis officia, ad cœlestem gratiam transeamus. Per dominum nostrum. Postcommunio. Concede quæsumus omnipotens deus: ut paschalis perceptio sacramenti continua in nostris mentibus perseveret. Per dominum.

Feria quarta.

Oratio.

Deus qui nos resurrectionis dominicæ annua solemnitate legitimas: concede propicius: ut per temporalia festa quæ agimus: peruenire ad gaudia æterna mereamur. Per dñm. Sacra. Sacrificia deus paschalibus gaudijs immolamus: quibus ecclesia mirabiliter & pascitur & nutritur. Per. Postcommunio. Ab omnino quæsumus domine vetustate purgatos: sacramentum tui veneranda perceptio in nouam transferat creaturam. Per do-

Feria quinta.

Oratio.

Deus qui diueritatem gentium confessione tui nominis adunasti: da ut renatis fonte baptismatis, via sit fides mentium & pietas actionum. Per dominum. Sacra. Suscipe quæsumus domine munera populorum tuorum proprius: ut confessione tui nominis & baptismate renouati, sempiternam beatitudinem consequamur. Per dñm. Postcommunio. Exaudi domine preces nostras: ut redēptionis nostræ sacrosancta commercia: & vitæ nobis conferant præsentis auxilium: & gaudea sempiternæ concilient. Per dominum.

Feria sexta.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ deus: qui paschale sacramentum in reconciliationis humanae foedare contulisti: da mentibus no-

firis; vt quod professione celebramus: imiternur effectu. p. Sacra
Hostias quæsumus domine placatus assumne; quas & pro renato
rum expiatione peccati deferimus; & pro acceleratione cœlestis
auxiliij. Per.

Postcommunio.

Respice quæsumus populum tuum: & quem eternis dignatus es re
nouare mysterijs à temporalibus culpis dignanter absolue. Per.

Sabbato

Oratio.

COncede quæsumus omnipotens deus: vt qui festa paschalia
venerando egimus: per hæc contingere ad gaudia æterna me
reamur. Per dominum nostrum.

Sacra.

Concede quæsumus domine semper nos per hæc sancta mysteria
paschalia gratulari: vt continua nostræ reparationis operatio per
petuæ nobis fiat causa læticiæ. Per.

Postcommunio.

Redemptionis nostræ munere vegetati: quæsumus domine: vt per
hoc perpetuæ salutis auxiliū fides semper vera proficiat. Per.

Dominica in octa Paschæ.

Oratio.

Praesta quæsumus omnipotens deus: vt qui paschalia festa pere
ginus: hæc te largiente moribus & vita teneamus. p. Sacra.

Suscipe munera quæsumus domine exultantis ecclesie: & cui can
sam tantum gaudi præstisisti: perpetuum fructum concede læticiæ. p.

Quæsumus domine deus noster: vt sacrosancta my
steria quæ p reparationis nostræ munimine cōtulisti: & præsens

nobis remedium eis facias & futurum. Per dominum.

Dominica prima post octa Paschæ.

Oratio.

Deus qui in filij tui humilitate iacentem mundū erexisti: fide
libus tuis perpetuā concede læticiā: vt quos perpetuæ mor
itis eripusti casibus: gaudijs facias sēpternis perfrui. Per eū. Sacra.

Benedictionē dñe nobis conferat salutarē sancta semper oblatio:
vt quod agit mysterio: virtute perficiat Per.

Postcommunio.

Præsta nobis omnipotens deus: vt viuificationis tuæ gratiā conse
quētes: in tuo semper munere gloriemur. Per dominum nostrum.

Dominica secunda.

Oratio.

Deus qui errantibus: vt in viam possint redire iusticiæ: verita
tis tuæ lumen ostendis: da cunctis qui christiana professione
cœlentur: & illa respuere quæ huic iniuria sunt nomini: & ea que
sunt apta sectari. Per dominum.

Sacra.

His nobis domine mysterijs conferatur: quo terrena desideria mitigantes; discamus amare cœlestia. Per. Postcommunio.
Sacra. Sacra. Sacra.

Dominica tertia. Oratio.

Deus qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis: da populis tuis id amare quod præcipis: id desiderare quod promitis: ut inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda: ubi vera sunt gaudia. Per dominum.

Deus qui nos per huius sacrificij veneranda cōmertia vnius sum mæcij diuinitatis participes effecisti: præsta quæsumus: ut sicut tuā cognouimus veritatem: sic eam dignis moribus assequamur. Per dominum nostrum.

Adesto nobis domine deus noster: ut per hæc quæ fideliter sum psumus: & purgemur a vitijs: & à periculis omnibus exuamur. Per dominum nostrum.

Dominica quarta. Oratio.

Deus à quo bona cuncta procedunt: largire supplicibus tuis: ut cogitemus te inspirante quæ recta sunt: & te gubernante eadem faciamus. Per dominum.

Suscipe domine fidelium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc piæ deuotionis officia: ad cœlestem gloriam transeamus. Per dominum.

Tribue nobis domine cœlestis mensæ virtute satiatis: & desiderare quæ recta sunt: & desiderata percipere. Per dominum.

Feria secunda. Oratio.

Praesta quæsumus omnipotens deus: ut qui in afflictione nostra de tua pietate confidimus contra aduersa omnia tua semper protectione muniamur. Per dominum.

Hæc munera quæsumus domine & vincula nostre prauitatis absolvant: & tuæ nobis misericordiæ dona concilient. Per dominum nostrum.

Vota nostra quæsumus domine pio fauore prosequere: ut dū dona tua in tribulatione percepimus: de consolatione nostra in tuo amore crescamus. Per dominum nostrum.

Feria tertia,

Oratio,

Deus qui conspicis nos tot perturbationibus non posse sub-
sistere; afflictorum gemitus propicius respice; & mala omnia
qua iuste meremur auerte. Per.

Sacra,

His sacrificijs domine concede placatus: ut qui proprijs oramus
absoluti delictis: non grauemur externis. Per. Postcommunio.
Sacramenta tui domine veneranda perceptio: & mystico nos mun
det effectu: & perpetua virtute defendat. pro dominum.

Feria quarta in vigilia Ascensionis domini. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus: ut nostræ mentis intentio: q[uod] sole-
nitatis venturæ glorioſus autor ingressus est: semper intendat: &
quo fide pergit: conuersatione perueniat. Per dominum. Sacra.
Sacrificium domine pro tuu filii supplices venerabili: qua præueni-
mus ascensione deferentes: præsta quæsumus: ut & nos per ipsum
his commertijs sacros sanctis ad coelestia consurgamus. pro eundem.
Tribue quæsumus domine: ut per haec sacramenta Postcommunio.
quæ sumimus: illuc tendat nostræ deuotionis affectus: quo tecum
est nostra substantia Iesu christus dominus noster. Qui.

In die Ascensionis domini. Oratio.

Concede quæsumus omnipotens deus: ut qui hodierna die
vniigenitum tuum ad caelos ascendisse credimus: ipsi quoq[ue]
mente in coelestibus habitemus. Per.

Sacra,

Suscipe domine munera quæ profiliuntur glorioſa ascensione deſe-
rimus: & cõcede propicius: ut præsentibus periculis liberemur: &
ad vitam perueniamus eternam. Per dominum. Postcommunio.
Præsta nobis quæsumus omnipotens & misericors deus: ut que vi-
sibilibus mysterijs sumenda percepimus: inuisibili consequamur
effectu. Per dominum nostrum.

Dominica infra octauas Ascensionis.

Omnipotens semperne deus: fac nos tibi semp & deuotam
gerere voluntatem: & maiestati tuæ sincero corde seruire.
Per dominum nostrum.

Sacra,

Sacrificia nos domine immaculata purifcent: & mentibus nris su-
pernæ gratiae dent vigorem. Per. Postcommunio.

Repletidomine muneribus sacris da quæsumus: ut in gratiarum
semper actione maneamus. Per dominum.

In vigilia penthecostes.

Oratio.

Deus qui Abrae famuli tui opere humano generi obidente
exempla præbuisti; concede nobis; & nostræ volūtatis pra
uitatem frangere; & tuorum preceptorum rectitudinem in omni
bus adimplere. Per dominum nostrum.

Deus qui nobis per prophetarum ora præcepisti temporalia relin
quere; atq; ad æternam festinare; da famulis tuis; vt q; à te iussa cognos
cuius; impleri cœlesti inspiratione valeamus. Per dominum.

Deus qui nos ad celebrandam hanc festiuitatem vtriusq; testamē
ti paginis instruis; da nobis intelligere misericordiam tuam; vt ex
perceptione præsentium munerū firmasit expectatio futuros; p.
Deus incomparabilis virtus & lumē æternum/ respice propiciū
ad totius ecclesiæ mirabile sacramentum; & da famulis tuis; vt hoc
quod deuote agimus; etiam rectitudine virginitatem teneamus. Per domi
nū Concede quæsumus omnipotens deus; vt qui soleb^h Oratio.
nitatem donis spiritus sancti colimus; cœlestibus desiderijs accensi
fontem vitæ sitiamus. Dominum nostrum Iesum christum filium
tuum. Qui tecum. In unitate eiusdem. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus; vt claritatis tuae sup nos splē
dor refulgeat; & lux tuae lucis corda eorum qui per gratiam tuā
renati sunt; sancti spiritus illustratione confirmet. Per. Sacra
Munera quæsumus domine oblata sanctifica; & corda nostra san
cti spiritus illustratione emunda. Per dominū. Postcomunio.
Sancti spiritus domine corda nostra mundet in fusio; & sui roris in
timi aspersione fœcundet. Per dominum. In vni.

In die penthecostes.

Oratio.

Deus qui hodierna die corda fidelium sancti spiritus illustra
tione docuisti; da nobis in eodem spiritu recta sapere; & de
eius semper consolatione gaudere. Per dominum.

Feria secunda.

Oratio.

Deus qui apostoli tuis sanctum dedisti spiritum: cōcede ple
bi tue pie deuotionis affectum; vt quibus dedisti fidem: lar
giaris & pacem. Per dominum. Sacra.

Propicius domine quæsumus haec dona sanctifica; & hostiæ spir
tualis oblatione suscepta: nosmetipsos tibi perfice munus æternū.
Per dominum nostrum.

Postcomunio.

c

Adesto quæsumus domine populo tuo: & quem mysterijs cœles-
tibus imbuisti: ab hostium furore defende. Per dominum nostrum.

Feria tertia.

Oratio.

Addesto nobis quæsumus domine virtus spiritus sancti: que &
corda nostra clementer expurget: & ab omnibus tueatur
aduersis. Per in unitate eiusdem.

Sacra.

Purificet nos quæsumus domine muneris presentis oblatio: & dignos
sacra participatione efficiat. Per.

Postcommunio.

Mentes nostras quæsumus domine spiritus sanctus diuinis reperet
sacramentis: quia ipse est remissio omni pecatorum. p. in unitate eiusdem.

Feria quarta.

Oratio.

Mentes nostras quæsumus domine paracletus (quia a te pro-
cedit) illuminet: & inducat in omnem (sicut tuus promisisti)
in veritatem. Qui tecum in unitate eiusdem.

Sacra.

Præsta quæsumus omnipotens & misericors deus: ut spiritus san-
ctus adueniens templum nos glorie suæ dignanter in habitando p-
ficiat. Per dominum nostrum.

Postcommunio.

Accipe quæsumus domine munus oblatum & dignanter opera-
re: vt quod mysterijs agimus: prijs effectibus celebremus. Per do-
cumentes domine cœlestia sacramenta: quæsu-
mus clementiam tuam: vt quod temporaliter gerimus: & eternis
gaudijs consequamur. Per dominum nostrum Iesum.

Feria sexta.

Oratio.

Da quæsumus ecclesia tua misericors deus: ut spiritus sancto
congregata hostili nullatenus incursione turbetur. p. Sacra.
Sacrificia dñe tua oblata conspectibus ignis ille diuinus assumat q-
discipulorum christi filij tui per spiritum sanctum corda succendit.
Per eundem. in unitate eiusdem.

Postcommunio.

Sumpsimus domine sacri dona mysterijs humiliter deprecantes: vt
quæ in tui cōmemoratione nos facere præcepisti: in nostre pficiat
infirmitatis auxilium: Qui vivis & regnas.

Sabbato.

Oratio.

Mentibus nostris quæsumus domine spiritum sanctum beni-
gnus iufunde: cuius & sapientia condit sumus: & prou-
dentia gubernamur. Per. in unitate.

Oratio.

Illonosigne quæsumus domine spiritus sanctus inflammet; quem
dominus noster iesus christus misit in terram; & voluit vehementer accendi. **Q**ui tecum viuit.

Oratio.

Deus qui animarum medelam ieunij deuotione castigari corpora
præcepisti: concede nobis propicius; & in te & corpore tibi semper esse deuotos. Per dominum.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus: ut salutaribus ieunij erudi
ti ab omnibus etiam vitijs abstinentes: propitiationem tuam fac
lius impetremus. Per dominum.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus: sic nos ab epulis carnalibus
abstinere: vt a vitijs ingruentibus pariter ieunemus. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium: concede propri
cius: vt nos famulos tuos non exurant flamma vitiorum. **p**ro do. Sacra.
Vt accepta tibi sint domine nostra ieunia: præsta nobis quæsumus
huius muneri sacramenti purificatum tibi pectus offerre. Per
dominum nostrum Iesum.

Postcommunion.

Præbeant nobis domine diuinum tua sancta feruorem: quo eo
rum pariter & actu delectemur/et fructu. Per dominum.

In festo sanctæ Trinitatis: Oratio.

Omnipotens semper terne deus: qui dedisti famulis tuis in confes
sione veræ fidei / æternæ trinitatis gloriam agnoscere: &
in potentia maiestatis adorare unitatem: quæsumus / vt eiusdem
fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. **p**. Sacra.
Sanctifica quæsumus domine deus per tuum sanctum nominis invocatio
nem huius oblationis hostiam: et per eam nosmetiplos tibi perfic
ce munus eternum. Per dominum.

Postcommunion.

Proficiat nobis ad salutem corporis & animæ deus noster huius
sacramenti suscepio: & semper terne sanctæ trinitatis eiusdemque in
ditriduæ unitatis consilio. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Qui tecum viuit & regnat in unitate.

In festo corporis Christi. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramento mirabilis passionis tua memo
riam reliquisti. Tribue quæsumus: ita nos corporis et san
guinis tui sacra mysteria venerari: vt redemptionis tuae fructum
in nobis iugiter sentiamus. **Q**ui tecum,

Sacra.

Ecclesiæ tuæ quæsumus domine vnitatis & pacis propicius dona
concede: quæ sub oblatis muneribus mystice designantur. Per do-
minum nostrum Iesum christum.

Postcommunio.

Fac nos quæsumus domine diuinitatis tuæ sempiterna fruitione
repleri: quam præciosi corporis & sanguinis tui temporalis perce-
ptio præfigurat. Qui viuis &.

Dominica prima post festum Trinitatis.

Deus int̄ sperantium fortitudo: adesto propicius inuocatio-
nibus nostris: & quia sine te nihil potest mortalis infirmitas: pres-
ta auxilium gratiæ tuæ: vt in exequendis mandatis tuis: & volū-
tate tibi & actione placeamus. Per.

Sacra.

Hostias nostras domine tibi dicatas placatus assume: & ad perpe-
tuum nobis tribue peruenire subsidium. Per.

Postcommunio.

Tatis dominere pleni muneribus præsta quæsumus: vt & salutaris
dona capiamus: & à tua nunq̄ laude cessemus. Per dominum.

Dominica secunda.

Oratio.

Sancti nominis tui domine timorem pariter & amore fac nos
habere perpetuum: quia nunq̄ tua gubernatione destituimus:
quos in soliditate tuæ dilectionis instituimus. Per.

Sacra.

Oblatio nos domine tuo nomini dicanda purificet: & de die in diē
ad cœlestis vitę transferat actionem. Per.

Postcommunio.

Sumptis muneribus sacris quæsumus domine: vt cum frequen-
tione mysterij crescat nostra salutis effectus. Per do-

Dominica tercia.

Oratio.

Deprecationem nostram quæsumus domine benignus ex-
audi: & quibus supplicandi præstas affectum: tribue defen-
sionis auxilium. Per dominum.

Sacra.

Munera domine oblata sanctifica: vt tui nobis vñigeniti corpus
& sanguis fiant. Per eundem.

Postcommunio.

Hæc nos communio domine purget à criminè: & cœlestis reme-
dijs faciat esse consortes. p.

Dominica quarta.

Oratio.

Protector int̄ sperantū deus: sine quo nihil est validū: nihil
sanctū: multiplica signos misericordiā tuā: vt te rectore: te du-
ces in trāseamus p bona tēpaliā: qđ nō amittamus eterna. p. Sacra.
Respic dñe munera supplicantis ecclesiæ: & saluti credentium
perpetua sanctificatione sumenda concede, Per.

Postcommu-

Sancta tua nos domine sumpta viuiscent: & misericordia semper
ternæ præparent expiatos. Per dominum.

Dominica quinta,

Oratio.

Da nobis domine quæsumus: ut & mūdi cursus pacifice no-
bis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotio-
ne læetur. Per dominum.

Sacra.

Oblationibus nostris quæsumus domine placare suscepis: & ad
te nostras etiā rebelles compelle propicius voluntates. p. Postcō.
Mysteria nos domine sumpta puriscent: & tuo munere tueantur.
Per dominum.

Dominica sexta

Oratio.

Deus qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti: infunde
ordibus nostris tui amoris affectum: ut te in omnibus & sup
omnia diligentes promissiones tuas (quæ omne desiderium supe-
rant) conlequamur. Per dominum.

Sacra.

Propiciare domine supplicationibus nostris: & has oblationes fa-
muloꝝ famularumq; tuarꝝ benignus assume: ut quod singuli ob-
tulerunt ad honorem nominis tui: cunctis proficiat ad salutem. p.

Quos coelesti dñ: dono satiaſti: præsta quæsumus ut Postcō.
a nostris mundemur occultis: & ab hostiis liberemur inſidiis. p.

Dominica septima.

Oratio.

Deus virtutum cuius est totum: quod est optimum: insere pe-
ctoribus nostris amorem tui nominis: & præsta nobis reli-
gionis augmentum: ut quæ sunt bona nutrias: ac pietatis studio q;
sunt bona nutrita custodias. Per.

Sacra.

Propiciare domine supplicationibus nostris: & has populū tui obla-
tiones benignus assime: & vt nullius sit irritum votū: nullius va-
cua postulatio: præsta quæsumus: ut quod fidelis petimus: efficaci-
ter consequamur. Per dominum.

Postcommunio.

Repleti domine muneribus tuis: tribue quæsumus: vt eorū & mū-
demur effectu: & muniamur auxilio. Per dominum.

Dominica octaua

Oratio.

Deus cuius prouidētia in sui dispositiōe non fallitur: te suppli-
ces exoramus: vt noxia cuncta submoureas: & omnia no-
bis profutura concedas. Per dominum.

Sacra.

Deus qui legalium differentiam hostiarum: vnius sacrificij perfe-

ctione sanxisti; accipe sacrificium à deuotis tibi famulis; & pari benedictione sicut munera abel sanctifica; vt quod singuli obtulerūt ad maiestatis tuae honorem / cunctis pficiat ad salutem. Per dominum, Tua nos dñe medicinalis operatio / & à nostris peruersita. Postco. tibus clementer expediat; & adea quæ sunt recta perducat. per.

Dominica nona.

Oratio.

LArgire nobis quæsumus domine super spiritum cogitandi q̄ recta sunt propicius; & agendi; vt qui sine te esse non possumus secundum te vivere valeamus. Per dominum. Sacra. Suscipe munera quæsumus domine / quæ tibi de tua largitate deferimus; vt hæc sacra sancta mysteria gratiæ tuae operante virtute præsentis vitæ nos conuersatione sanctificant / & ad gaudia sempiterna perducant. Per dominum. Postcom.

Sit nobis domine reparatio mentis & corporis coeleste mysteriū; vt cuius exequimur actionem sentiamus effectum. Per dominum.

Dñica decima.

Oratio.

Pateant aures misericordiæ tuae / precibus supplicantū / vt & potentibus desiderata cōcedas fac eos quæ tibi sunt placita postulare. Per dominum nostrum. Sacra. Concede nobis hęc quæsumus domine digna frequentare mysteria; quia quoties huius hostiæ cōmemoratio celebratur / opus nostræ redemptionis exercetur. Per dominum.

Tui nobis cōmuniō sacramenti / & purificationē conferat / & tribuat vnitatem.

Dñica vndecima.

Oratio.

Deus qui omnipotentia tua parcendo maxime & miseratione manifestas; multiplica super nos grām tuam; vt ad tua missa currentes; coelestium bonorum facias esse eonsortes. p. Sacra. Tibi domine sacrificia dicata reddantur; quæ sic ad honorē nominis tui deferenda tribuisti; vt eadē remedias fieri nostra p̄stares. p. Quæsumus dñe deus nř; vt q̄s diuinis reparare nō de sinis sacramentis; tuis non destituas benignus auxilijs. Per dñm.

Dñica duodecima.

Oratio.

Omnipotens semperne deus; qui abtindantia pietatis ruæ; & meritū supplicum excedis & vota; effunde supernos misericordiam tuam; vt dimittas quæ conscientia metuit; & adiicias quod oratio non præsumit. Per dominum nostrum,

Respicere quæsumus domine; ad nostram propiciis seruitutem; ut
quod offerimus/ sit tibi munus acceptum; & nre fragilitatis subsi-
diuim. Per dominum. Postcom.
Sentiamus dñe quæsumus tui perceptione sacramenti subsidium
mentis & corporis; ut in vitroq; saluati cœlestis remedij plenitudi-
ne gloriemur. Dñica. xiiij. Oratio.

OMnipotens & misericors deus; de cuius munere venit; ut ti-
bi a munerib; tuis digne & laudabiliter seruiat; tribue no-
bis quæsumus/ vt ad promissiones tuas sine offensione curramus.
Per dominum nostrum. Sacra.
Hostias quæsumus dñe ppicius intende; quas sacris altaribus exhibe-
bemus; vt nobis indulgentiam largiendo; tuo nomini dent hono-
rem. Per dominum. Postcommunic.

Viuiscet nos quæsumus domine huius participatio sancta myste-
rij; & pariter nobis expiationem tribuat & munimen. Per dñm.
Dñica. xiiiij. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus; da nobis fidei spei; & charita-
tis augmentum; & vt mereamur a sc̄ qui quod permittis; fac
nos amare quod præcipis. Per dominum. Sacra.
Propitiare dñe populo tuo; ppitiare muneribus; vt tñ hac oblatio-
ne placatus; & indulgentia nobis tribuas & postulata cōcedas. p.
Suptis dñe cœlestibus sacramētis; ad redēptionis æter. Postco.
ne quæsumus/ pficiamus augmentum. Per dominum nostrum.

Dñica decima quinta. Orio.

Custodi domine quæsumus ecclesiam tuam propiciatione p.
petua; & quia sine te labitur humana mortalitas; tuis seimp
auxilijs & abstrahatur à noxijs; & ad salutaria dirigatur. Sacra.
Concede nobis domine; vt haec hostia salutaris; & nostrorum fiat
purgatio delictorum; & tuae propiciatio porestatis. p. Postcom.
Purificent semper & muniāt tua sacramenta nos deus; & ad per-
petuæ ducant salvationis effectum. Per dominum.

Dominica. xvi. Oratio.

ECclesiam tuam domine miseratio continuata mundet & mu-
niat; & quia sine te non potest salua consistere; tu o semper mu-
nere gubernetur. Per dominum. Sacra.
Tua nos dñe sacramenta custodian; & contra diabolicos tueantur.

semper incursum. Per dominum. Postcommunio.
Mentes nostras & corpora possideat quæsumus domine doni coe-
lestis operatio: ut non noster sensus in nobis: sed iugiter eius perue-
niat effectus. Per. Dominica. xvij. Oratio;

Tu nos domine quæsumus gratia semper preueniat: & sequa-
tur: ac bonis operibus iugiter praestet esse intentos. p. Sacra.
Munda nos domine sacrificij praesentis effectu: & perfice misera-
tius in nobis: ut eius mereamur esse participes. Per. Postcoio.
Purifica domine quæsumus mentes nostras benignus: & renoua
coelestibus sacramentis: ut consequenter & corporum praesens pa-
riter & futurum animarum capiamus auxilium. Per dominum,

Feria quarta in ieunijs quattuor temporum. Oratio.

Misericordiae tuae remedij quæsumus domine fragilitas nos-
tra subsistat: ut quæ sua condicione attenatur: tua clemētia
reparetur. Per dominum. Sacra.

Præsta quæsumus domine familiae supplicantib: ut dum a cibis cor-
poralibus se abstinet: a vitijs mente ieunet. Per do. Sacra.

Hæc hostia domine quæsumus emundet nostra delicia: & ad sacri-
ficium celebrandum subditorum tibi corpora metesq: sanctificet.
Per dominum nostrum. Postcommunio.

Sumentes domine dona coelestia suppliciter deprecamur: ut quæ
sedula seruitute donante gerimus: dignis sensibus tuo munere ca-
piamus. Per domi. Feria sexta. Oratio.

Praesta quæsumus omnipotens deus: ut observationes sacras
annua deuotione recolentes: & corpore tibi placeamus & me-
te. Per dominum nostrum. Sacra.

Accepta tibi sint domine quæsumus nostridona ieunijs: que & ex-
piando nos tua gratia dignos efficiant: & ad sempiterna promissa
perducant. Per dominum nostrum. Postcommunio.

Quæsumus omnipotens deus: ut de perceptis muneribus grati-
as exhibentes: beneficia potiora sumamus. Per dominum.

Sabbato. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui per continentiam saluta-
rem & corporibus mederi & mentibus: maiestate tuam:

Supplices exoramus: ut pia iejunantium deprecatioe placatus: & preuentia nobis subsidia prebeas & futura. Per dominum. Oratio,
Da nobis quæsumus omnipotens deus; vt ieunando tua gratia satie-
mur: & abstinentia cunctis efficiamur obstibus fortiores. Per do-
minum nostrum iesum. Oratio,

Tuere domine quæsumus familiam tuam; vt salutis æterne reme-
dia: quæ te aspirante requirimus; te largiente consequamur. Per
dominum nostrum. Oratio,

Præsta quæsumus domine sic nos ab epulis abstineremus carnalibus.
vt a vitijs irruentibus pariter ieunemus. Per. Oratio,

Vt nos domine tribuis solemne tibi deferre ieuniū: sic nobis quæ-
sumus indulgentiae præsta subsidium. Per dominum. Sacra,

Concede quæsumus omnipotens deus: vt oculis tuæ maiestatis
munit oblatum: & gratiam nobis deuotionis obtineat: & effectu
beatæ perennitatis acquirat. Per domini. Postcommunio,

Perficiant in nobis quæsumus tua sacramenta quod continent: vt

quæ misericordia spe gerimus: rerum veritate capiamus. Per.

Dominica, xvij. Oratio,

DA quæsumus domine populo tuo diabolica vitare cōtagia:
& te folium dominum pura mente sectari. Per. Sacra,

Maiestatem tuam domine suppliciter deprecamur: vt hæc sancta
quæ gerimus: & à præteritis nos delictis exuant & futuris. Per
dominum nostrum. Postcommunio,

Sanctificationibus tuis omnipotens deus: & vita nostra curenur;
& remedia nobis æternæ preueniant. Per dominum.

Dominica decima nona. Oratio,

DIrige corda nostra quæsumus domine tuæ miserationis ope-
ratio: quia tibi sine te placare non possumus. Per do. Sacra,
Deus qui nos per huius sacrificij veneranda comertia: viius sum
męç̄ diuinitatis participes efficis: presta quæsumus: vt sicut tuam
cognoscimus veritatem: sic eam dignis mentibus & moribus assē-
quamur. Per dominum. Postcommunio.

Gratias tibi referimus domine sacro munere vegetati: tuam mis-
ericordiam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perfici-
as. Per dominum. Dominica, xx. Oratio,

Omnipotens & misericors deus: vniuersa nobis aduersania
propiciatus exclude: vt mente & corpore pariter expediti: q
tua sunt liberis mentibus cxequamur. Per domini. Sacra.
Hæc munera quæsumus domine: quæ oculis tuę maiestatis offeri
mus: salutaria nobis esse concede. Per do. Postcommunio.
Tua nos domine medicinalis operatio: & nostris peruersitatibus
elementer expediatur: & tuis semper faciat inherere mādatis. Per do
minum nostrum. Dominica.xxi. Oratio.

LArgire quæsumus domine fidelibus tuis indulgentiam pla
catus & pacem: vt pariter ab omnibus mundentur offensis:
& secura tibi mente deseruant. Per dominum. Sacra.
Cœlestem nobis præbeant hæc mysteria quæsumus domine me
dicinam: & vitia nostri cordis expurgent. Per. Postcommunio.
Vt sacris domine reddamur digni muneribus: fac nos quæsumus
tuis obedire mandatis. Per dominum nostrum Iesum. Oratio.

Familiam tuam quæsumus domine continua pietate custodi:
vt à cunctis aduersitatibus te protegente sit libera & in bonis
actibus tuo nominis sit deuota. Per dominum. Sacra.
Suscipe domine quæsumus hostias: quibus & te placari voluisti: &
nobis salutem potenti pietate restitui. Per. Postcommunio.
Immortalitatis alimoniam consecuti quæsumus domine: vt quod
ore perceperimus: mente sectemur. Per dominum nostrum. Oratio.

Deus refugium nostrum & virtus adesto pijs ecclesia & tuę pre
cibus autor ipse pietatis: & prefta: vt quod fideliter petimus:
efficaciter consequamur. Per dominum. Sacra.
Sacrī domine quæsumus seruitijs fac intentos: vt sine villa tibi offe
sionis macula famulemur: & quales esse præcipis: ipse nos perfice.
Per dominum nostrum. Postcommunio.
Sumptuosis domine sacri dona mysterij humiliter deprecantes: vt
que in tui commemoratione nos facere præcepisti: in nostræ profi
cient infirmitatis auxilium. Qui viuis & regnas,

Oratio.

Absolute quæsumus domine tuorum delicta populus orum: vt
à peccatorum nostrorum nexibus: quæ pro nostra fragili,

tate contra ximus; tua benignitate liberemur. Per do-
Pro nostra seruirutis augmento sacrificium tibi domine laudis of-
ferimus; vt quod immeritis contulisti; propicius exequaris. Per do-
minum nostrum.

Sacra.
Postcommunio.

Sumentes domine dona coelestia quæsumus; vt nobis prouenire
ad iudicium patiaris; quod tuis fidelibus ad remedium prouidisti.

Per dominum. Dominica, xxv. Oratio.

Exulta quæsumus domine tuorum fidelium voluntates; vt di-
uinis operis fructum propensius exequentes; pietaris tue reme-
dia maiora percipiant. Per dominum.

Sacra.
Propicius esto domine supplicationibus nostris; & populitui obla-
tionibus precibusque susceptis; omnium nostrorum ad te corda con-
uerte; vt a terrenis cupiditatibus liberis; ad coelestia desideria træsa-
mus. Per dominum.

Postcommunio.

Concede nobis quæsumus domine; vt per hec sacramenta quæsumpi-
mus; quicquid in nostra mente vitiosum est; tuæ meditationis do-
no cuietur. Per dominum nostrum Iesum christum.

Infesto dedicationis ecclesiæ. Oratio.

Deus qui nobis per singulos annos huius sancti templi tui cō-
secrationis reparas diem; & sacris semper mysterijs repræ-
sentas incolumes; exaudi preces populi tui; & presta vt quisquis hoc
templum beneficia petiturus ingreditur; cuncta se impetrasset lete-
tur. Per dominum nostrum.

Sacra.

Annue quæsumus domine praecibus nostris; vt quicunque intra te-
pli huius (cuius anniversarium dedicationis diem celebramus) am-
bitum continemur; plena tibi atque perfecta corporis & animæ de-
uotione placeamus; vt dum hec praesentia vota reddimus; ad eter-
na premia te adiuuante venire mereamur. Per do-

Postcoio.

Deus qui ecclesiam tuam sponsam vocare dignatus es; vt quæ ha-
beret gratiam perfidei devotionem; haberet etiam ex nomine pie-
tatem; da vt omnis hec plebs nominis tuo seruiens huius vocabu-
li consorrio digna esse mereatur; & ecclesia tua in templo cuius an-
niuersarius dedicationis dies celebratur tibi collecta; te timeat; te di-
ligat; te sequatur; vt dum iugiter per vestigia tua graditur; ad coelestia
promissa te ducente peruenire mereamur. Per dominum nos-
trum Iesum christum filium tuum. Quitecum.

In die Consecrationis ecclesiæ

Oratio.



Eus qui inuisibiliter omnia contineas: & tamen pro salute generis humani signa tuæ potentiaæ visibilitatem ostendis: templum hoc potentia tuæ inhabitatiois illustra: vt omnes qui huc deprecatur conueniuntur: ex quaenam tribulatione ad te clamauerint: consolationis tuæ beneficia consequantur. Per do. Sacra.

Omnipotens sempiterne deus: templum hoc nomini tuo dedicatum: cœlesti virtute & benedictione sanctifica: & omnibus in te sperantibus auxilium tuum munus ostende: vt hic & sacramentorum virtus & votorum obtineantur effectus. Per. Postcom.

Quæsumus omnipotens deus: vt hoc in loco: qui nomini tuo dedicatus est: cunctis potentibus aurem tuæ pietatis accommodes. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum.

Incipiunt orationes sanctorum.

In vigilia sancti Andreæ apostoli

Oratio.



Væsumus omnipotens deus: vt beatus Andreas apostolus tuum pro nobis imploret auxilium: vt a nostris reatibus absoluta cunctis etiam periculis eritamur. Per dominum nostrum. Saera.

Sacramentum tibi domine munus offerimus: quo beatæ Andreæ apostoli tui solemnia recolentes: purificationem quoque nostris mētibus imploremus. Perdo. Postcom. Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus: vt intercede, dente beato andrea apostolo tuo: quæ pro illius veneranda gerimus passione: nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

Eodem die sancti Saturnini.

Oratio.

Deus qui nos beati Saturnini martyris tui concedis natalicio perfuisse: eius nos tribue meritis adiuuari. Per. Sacra. Munera tibi domine dicata sanctifica: & intercedere beato Saturnino martyre tuo: per hæc eadem nos placatus intende. Per dñm. Sanctificet nos quæsumus domine tui perceptio sacramenti: & in tercessione beati Saturnini martyris tui tibi reddat acceptos. Per dominum nostrum

In die sancti Andreæ apostoli.

Oratio.

In dies sancti Andreæ apostoli.

Oratio.

Magis statem tuam domine suppliciter exoramus: ut sicut eccl^{esi}a tuae beatus Andreas apostolus tuus extitit prædicator & rector: ita apud te sit pro nobis ppetuus itercessor. Per. Sacra Sacrificium nostrum tibi dñe quæsumus beati Andreæ prædictio sancta conciliet: ut in cuius honore solemniter exhibetur: eius meritis efficiatur acceptum. Per.

Postcommunio.

Sumpsumus dñe diuina mysteria beati Andreæ festivitate festates: quæ sicut tuis sanctis ad gloriam: ita nobis quæsumus ad veniam p^{ro} deesse perficias. Per dominum.

Oratio.

Chrysanti/ Mauri & Dariae martyrum.

Oratio.

Sanctorum martyrum tuorum chrysanti/ mauri atque dariae virginis quæsumus domine nobis adsit oratio: ut quos obsequio veneremur: pio iugiter experiamur auxilio. Per dominum.

Sancti Fœlicis.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens deus: ut ad meliorem vitam exempla sancti tui fœlicis nos prouocent: quatenus cuius feloniam agimus: & actus imitemur. Per dominum.

In Natale sanctæ Barbaræ.

Oratio.

Intercessio gloriofa quæsumus domine deus noster beatæ barbaræ virginis & martyris tuæ nos ab omni aduersitate protegat: ut per eius interuentum corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi sacramentum: ante nostra animæ de corpore exitu: & cum vera fide & pura mente percipere mereamur. Pereundē.

Sacra.

Suscipe munera domine: quæ in beatæ Barbaræ martyris tuæ solemnitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. p.

Sancti Nicolai episcopi.

Oratio.

Deus qui beatum Nicolaum confessorem tuum atque pontificem innumeris decorasti miraculis: tribue nobis quæsumus ut eius meritis & precibus a gehennæ incendijs liberemur. Per dominum nostrum.

Sacra.

Sanctifica quæsumus domine oblata munera: quæ in veneratione sancti antistitis Nicolai offeruntur: ut per ea vita nostra inter aduersa vbiq^{ue} dirigatur & prospera. Per.

Postcom.

Sacrificia quæsumus domine pro solemnitate sancti pontifi

cis tui Nicolai; semper tertia nos protectione confirmant. Per dominum.

In consecratione sancti Ambrosij episcopi. Oratio.

Deus mundi autor & conditor: qui hodiernæ festiuitatis die beati ambrosij sacerdotij electione consecrasti: presta populo tuo: ut cuius annua celebritate deuotus resultat obsequijs: eius suffragijs tuę pietatis consequatur auxilium. Per dominum. Sacra. Interuentu precis & obtentu orationis beati Ambrosij sacerdotis & confessoris tui domine his muneribus tibi oblatis benedictionem effunde de coelis: quo ex eis sumentes & omnibus careamus culpis: & coelestibus repleamur edulij. Per dominum. Postcom. Repleti domine muneribus tuis: quae de festiuitate beati sacerdotis & confessoris tui Ambrosij perceptimus: tribue quæsumus: ut eorum emundemur effecti: & viuamus auxilio. Per.

In octaua sancti Andreæ apostoli. Oratio.

Protegat nos domine saepius beati Andreæ apostoli tui repetita solemittas: ut cuius patrocinia sine intermissione recolimus: perpetuam defensionem sentiamus. Per dominum. Sacra.

Indulgentiam nobis praebant haec munera quæsumus domine largiorem: quae per venerabilis Andreæ apostoli tui suffragijs offeruntur. Per dominum.

Adiuuet familiam tuā tibis supplicando beatus Andreas apostolus: & pius interuentor efficaciter: qui tui nominis extitit prædictor. Qui viuis & regnas.

In conceptione beatæ Mariæ virginis. Oratio.

Deus qui beatæ marie virginis concepcionem angelico vaticinio parentibus praedixisti: presta familiae tuę ipsius muniri presidijs: cuius conceptione sacra frequentatione congrua venatur. Per dominum.

Vnigeniti tui domine nobis succurrat humanitas: ut qui natus ex virgine: matris integritatē non minuit: sed sacrauit in conceptione eius solenijs à nostris nos piaculis exuens: oblatione in nostram sibi feciat acceptam. Qui tecum.

Sumpsimus domine celebritatis annuæ votiva sacramenta: presta que sumus: ut intercedete beata dei genitrix Maria: & temporalis nobis vita remedia praebant & æternæ. Per dominum.

Eulaliae virginis. Oratio.

Deus qui beatæ virginis & martyris tuæ Eulaliæ aīam ad oī
stendēdam innocentia viam in columbae specie vidētibus
cunctis cœlum penetrare fecisti; concede nobis precibus ipsius in
nocent viuere; vt ad eadem mercamur gaudia puenire. **p.** **Sacra.**
Muneribus nostris dñe te magnificamus oblatis: quæ in sanctæ
solēnitatibus Eulaliæ virginis & martyris tuæ offerimus: vt & no
bis gaudia æterna concilias; & patrocinias ēternalas largiaris. **Per.**
mīnum nolstrum.

Postcom.

Sumpta sacra mysteria quæsumus dñe deus noster ppicius in no
bis conseruare digneris; & intercedēte beata Eulalia martyre tua;
angelicis turmis ad desideria euehi mereamur et prouehi; quibus
etiam ipsam dignatus es in terris positam custodire. **Per dñm.**

Sancti Damasi papæ.

Oratio.

O A quæsumus omnipotens deus: vt beati Dámasi confessio
ris tui atq; pōtificis vñnerāda solēnitatis; et deuotionē nobis
augeat & salutem. **Per dñm.**

Sacra.

Sancti tui nos dñe quæsumus vñicq; lētificant; vt dū earum merita
re colimus; patrocinia sentiamus. **Per dñm.**

Postcom.

Prästa quæsumus omnipotens deus: vt de perceptis muneribus
gratias exhibentes; beneficia potiora suniamus. **Per dñm.**

Sanctæ Luciæ.

Oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster: vt sicut de beate Luciæ virgi
nis & martyris tuæ festiuitate gaudemus: ita piæ deuotionis
erudiamur affectu. **Per dñm.**

Sacra.

Accepta tibisit domine sacratæ plebis oblatio p tuor; honore san
ctor;: quoꝝ se meritis percepisse de tribulacione cognoscit auxili
ium. **Per dñm.**

Postcom.

Satisfasti dñe familiam tuā muneribus sacris: eius quæsumus inter
ventione nos refoue: cuius solemnia celebramus. **Per dominū.**

Sancti Thomæ Apostoli.

Oratio.

On nobis quæsumus domine beati apostoli tui Thomæ so
lemnitatibus gloriari: vt eius semper patrocinij subleue
mur: & fidem congrua denotione sectemur. **Per.**

Sacra.

Debitum tibi domine nostra reddimus seruitutis suppliciter exo
rātes: vt suffragijs beati apostoli tui Thomæ in nobis tua munera

tuearis: cuius honoranda confessione laudis tibi hostias immola-
mus. Per dominum.

Postcom.

Conserua domine populum tuum: & quem sanctorum tuorum
præsidijs non desiris adiuuare: perpetuis tribue gaudere reme-
dijs. Per dominum.

Translatio sancti Isidori.

Oratio.

Protegat nos quæsumus domine beati Isidori confessoris tui:
atq; p̄tificis intercessio glorioſa: vt cuius sumus illuminati do-
ctrinis: eius semper muniamur auxilijs. Per dominum. Sacra
Sancti tui quæsumus dñe nos vbiq; lætificant: vt dū eorum meri-
ta recolimus: patrocinia sentiamus. Per dñm. Postcō.
Præsta quæsumus oñipotens deus: vt de pceptis muneribus gra-
tias exhibentes: intercedente beato Isidoro confessore tuo atq; p̄tifice/
beneficia potiora sumamus. Per dominum.

De sancto Stephano.

Oratio.

Da nobis quæsumus dñe imitari quod colimus: vt discamus
& inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus: qui no-
uit etiā p̄ persecutoribus exorare dñm nostrū. Sacra,
Suscipte dñe munera p̄ tuorū cōmemoratione sanctorum: vt sicut
illos passio gl̄iosos fecit: ita nos deuotio reddat inocuos. p. Sacra,
Suscipte munera dñe: quæ in eius tibi solemnitate deferimus: cuius
nos confidimus patrocinio liberari. p. Postcommuniō.
Auxilientur nobis domine sumpta mysteria: & intercedente bea-
to stephano protomartyre tuo: sempiterna nos protectione cōfir-
ment. Per dñm. Sancti Ioannis euangelistæ. Oratio.

Ecclsiam tuam domine benignus illustra: vt beati Ioānis apo-
stoli tui & euangelistæ illuminata doctrinis: ad dona gueniat
sempiterna. Per dñm. Postcommuniō.
Refecti cibo potuq; coelesti deus noster: te suppliciter deprecamur:
vt in cuius hæc commemoratione percepimus: eius muniamur et
precibus. Per dominum.

Sanctorum Innocentium.

Oratio.

Deus cuius hodierna die præconium innocētes martyres nō
loquendo sed moriendo confessi sunt: omnia in nobis vitio-
rum mala mortifica: vt fidem tuā quā liuqua nostra loquitur: etiā
moribus & vita fateatur. Per dominum.

Sancti Siluestri.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens deus : vt beati Siluestri confessio-
ris tui atq; pontificis veneranda solenitas ; & devotionem no-
bis augeat & salutem. Per dominum nostrum,

Sanctæ Columbe.

Oratio.

INdulgentiam nobis domine beata Columba virgo & martyr
imploret ; que tibi grata semper extitit ; & merito castitatis & tuę
professione virtutis. Per do. Sancti Hilarij.

Oratio.

Deus cuius miseratione delinquentes incitantur ad veniam :
Iusti transferuntur ad palmā ; qui infusus in corde beati Hi-
larij antistitis quasi de templo fidei responsa dedisti ; concede pro-
picius : vt qui tuum inclytum confessorem fecisti cæsarem non ti
mere : intercessione eius ab speciali hoste plebem protegas obsecrā
tem : vt cuius in solennitate tripudiat ; eius sit fida prece defensa. p.

Marthæ virginis.

Oratio.

Exaudi domine populum cum sanctorum tibi patrocinio sup-
plicantem : vt temporalis vitæ nos tribuas pace gaudere ; &
æternæ sperare subsidium. Per dñm.
Suscipe & sanctifica Adonai deus hoc munus oblatum : & conce-
de : vt ad salutem nostram caro & sanguis fratilij tui / meritis illius :
que illum gratanter hospitiosuscepit dñm nřm. Qui. Postcoio.
Quæsumus omnipotens deus vt prijs sacramentis que sumplsimus :
& meritis beatæ Mariæ filij tui hospite : hicet in futuro viuamus.
Pereundem dominum nostrum Iesum.

Sanctorum Fabiani et Sebastiani.

Oratio.

Infirmatem nostram respice omnipotens deus : & quia pon-
dus propriæ actionis grauat beati Fabiani martyris tui atq; po-
tificis intercessio gloriofa nos protegat. p. Alia oratio.
Deus qui beatum Sebastianum martyrem tuum virtute constan-
tie in passione roborasti : ex eius nobis imitatione tribue pro amo-
re tuo : prospera mundi despiceremus : & nulla eius aduersa formidare.

Sanctæ Agnes.

Oratio.

Omnipotens semperne deus qui infirma mundi elegis : vt for-
tia queq; cōfundas : concede propicius : vt qui beatæ Agnes
virginis & martyris tuae solennia colimus ; eius apud te patrocinia

sentiamnis. Per dominum.

Sacra.

Hosias tibi domine quas offerimus propiciis respice: & intercede
dete beata Agnes virginem & martyrem tua; vincula peccatorum no-
strorum absoluere. Per dominum.

Postcomunio.

Refecti cibo potuq; coelesti deus noster te suppliciter exoramus;
vt in cuius haec commemoratione precepimus: eius muniamur &
precibus. Per.

Sancti vicentij.

Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris: vt qui ex iniiquita-
te nostra reos nos esse cognoscimus: beati Vicentij marty-
ris tui intercessione liberemur. Per dominum.

Conuersio sancti Pauli.

Oratio.

Deus qui vniuersum mundum beati Pauli apostoli praedica-
tione docuisti; da nobis quæsumus: vt qui eius hodie con-
uerzionem colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per:

In festo Purificationis.

Oratio.

Omnipotens semperne deus: maiestate tuam supplices ex-
oramus; vt sicut unigenitus filius tuus hodierna die cum no-
stræ carnis substantia in templo est præsentatus: ita nos facias pu-
rificatis tibi mentibus præsentari. Per dominum.

Sanctæ Agathæ.

Oratio.

Deus qui inter cætera potentiae tuæ miracula etiam in sexu fra-
gili victoriam martyrij contulisti: concede propicius: vt qui
beatæ Agathæ martyris tuæ natalitia colimus per eius ad te exem-
pla gradiamur. Per dominum.

Scholaisticæ virginis.

Oratio.

Familiam tuâ quæsumus domine beatæ virginis tuæ Schola-
sticæ meritis propicius respice: vt sicut ad obtinendum ipsius
præcibus quod cupiuit: imbreco cœlitus descendere fecisti: ita eius
supplicationibus ariditatem nostri cordis supernæ digneris gratiæ
rore perfundere. Per dominum.

Cathedra sancti Petri.

Oratio.

Deus qui beato Petro apostolo tuo collatis clavibus regni co-
lestis animas ligandi atq; soluendi pontificium tradidisti: con-
cede vt intercessionis eius auxilio à peccatorum nostrorum nexis
bus libereinur. Per dominum.

Sancti Matthiæ.

Oratio.

Deus qui beatum Matthiam apostolorum tuorum collegio
sociasti: tribue quæsumus; ut eius interuentione tuae circa
nos pietatis semper vilescerasentiamus. Per. Sacra.

Deus qui proditoris apostatæ ruinam ne apostolorum tuorum nu-
merus sacratus pfectione careret: beati Matthiae apostoli electio-
nes supplexisti; præsentia munera sacrificia: & per ea nos gratie tue
virtute confirma. Per dominum.

Sancti Gregorij. Oratio.

Deusq; nos beati Gregorij confessoris tui atq; pontificis annua
solemnitate laetificas: concede proprieius: ut cuius opere atq;
doctrina scripturæ tuae mysteria multa cognouimus; eius apud te
semper patrocinia sentiamus. Per.

Transitus sancti Benedicti. Oratio.

Omnipotens sempiternæ deus: qui hodierna die carnis edu-
citur de ergastulo beatissimum confessorem tuum Benedictum
subleuasti ad cœlum: concede quæsumus: hec festa tuis famulis ce-
lebrantibus cunctorum veniam peccatorum: ut qui exultantibus
animis eius claritate congaudent: ipso apud te interueniente con-
scentur & meritis fer dominum.

Annuntiatio sanctæ Mariæ.

Deus qui de beatæ Mariæ virginis vtero verbum tuum an-
gelo nunciante carnem suscipere voluisti: præsta supplici-
bus tuis: vtq; vere eam dei genitricem credimus: eius apud te inter-
cessionibus adiuuemur. Per eundem dominum. Alia oratio.

Deus qui hodierna die verbum tuum beatæ Mariæ virginis
aluo coadunare voluisti: fac nos hæc sacramenta ita perage-
re: vtib; placere valeamus. Per dominum.

Marci Euangelistæ. Oratio.

Deus qui nos beati Marci euangelistæ concedis natalicio per-
irui: da ecclesiæ tuae quæsumus: & amare quod credidit: &
praedicare quod docuit. Per.

In die apostolorum Philippi & Iacobi. Oratio.

Deus qui nos annua apostolorum tuorum Philippi & Iacobi
solemnitate laetificas: præsta quæsumus: ut quorum gaude-
mus meritis instruamur exemplis. Per dominum.

Inventio sancte Crucis. Oratio.

Deuſ qui in p̄eclarā ſalutiferæ crucis inuentione: paſſionis
tuæ miracula ſuſcitaſti: concede / ut vitalis ligni p̄cio: eternæ
vitæ ſuffragia conſequamur. **Q**ui viuīſ & regnas.

Ioannis ante portam latinam.

Oratio,

Deuſ qui conſpicis quia nos vndicet mala noſtra perturbant
p̄eaſta quæſumus: vt beati Ioannis apostoli tui interceſſio
gloriosa nos protegat. **Q**ui, Michaelis archangeli, Oratio.
Da nobis omnipotens deus beati archangeli tui Michaelis
catenus honore proficere: vt cuius in terris gloriam p̄dica
mus: eius precibus adiuuemur in cœlis. Per dominum.

Nerei & Achilei & Pacraci.

Oratio,

SEmper nos domine martyrum tuorum Nerei & Achilei atq;
Pacraci ſoueat quæſumus domine beata ſolemnitas: & tuo
dignos reddat obsequio. Per.

Sancti Medardi confessoris.

Oratio,

Exaudi domine preces noſtras & interueiente beato cofes-
ſore tuo atq; pontifice Medardo: ſupplicationes noſtras pla-
catus intende. Per.

Primi & Feliciani,

Oratio,

Fac nos domine sanctorum Primi & Feliciani festa deuotis mē-
tibus celebrare: atq; eorum ſuffragiis ſuffulti protectionis tue
donasentiamus. p. Bernabe apostoli.

Oratio,

Sancti Barnabæ apostoli tui nos quæſumus domine ſolemni-
ſtat ſueatur: quia tāto fiducialitus tuo nomie ſupplicamus: quan-
to frequentius apoftolorum confouemur exemplis. Per do.

In vigiliis sancti Ioannis baptistæ.

Oratio,

Preſta quæſumus omnipotens deus / ut familia tua per viam
ſalutis incedat: & beati Ioannis p̄ecursoris hortamenta ſectan-
do: ad eum quem p̄dixit ſecura mente perueniat. Per dominum

Deuſ qui p̄eſentem diem honorabiſ. In die, Oratio.
lē nobis in beati Ioannis nativitate feciſti / da famulis tuis ſpi-
ritualium gratia gaudiorum / & omnium fidelium mentes dirige
in viam ſalutis aeternæ. Per dominum nostrum.

Ioannis & Pauli martyrum.

Oratio,

Quæſumus omnipotens deus: vt nos geminata lēticia ho-
dierna ſeſtiuitatis excipiat / quæ de beatorum Ioannis &
Pauli glorificatione procedit / quos eadem fides & paſſio vere fe-

citesse germanos. Per dominum.

In vigilia apostolorum Petri & Pauli.

Oratio.

Deus q[uo]d apostolorum tuorum Petri & Pauli n[ost]ris gloriofa natalicia
preire co[n]cedis: tribue quæsumus: eorum nos semper & be-
neficij p[ro]tectione & p[ro]tectione cōducis: & orationibus adiuuari. p.

In die.

Deus qui hodiernam diem apostolorum tuorum Petri & Pauli
martyrio consecrasti: da quæsumus ecclesiae tue in omnibus sequi
p[ro]ceptum: per quos religionis summis exordium. Per domi-

Commemoratio sancti Pauli

Oratio.

Deus qui multitudinem gentium beati Pauli apostoli tui p[ro]di-
catione docuisti: da nobis: ut cuius natalicia colimus: eius a-
pud te patrocinia sentiamus. Per dominum.

Eodem die sancti Martialis.

Oratio.

Deus qui venerabilem beati Martialis confessoris tui atq[ue] pontifi-
cis felicitatem solemniter reuertentem populo tuo dedicasisti: con-
cede nobis: ut quod in eius honore deponscimus: eo suffragante cō-
sequi mereamur. Per dominum nostrum.

Sanctorum martyrum Processi & Martiniani.

Oratio.

Deus qui nos sanctorum tuorum Processi & Martiniani con-
fessionibus gloriosis circumdas & protegis: da nobis & eorum
imitatione proficere: & intercessione gaudere. Per dominum.

Translatio sancti Martini.

Oratio.

Omnipotens & misericors deus: qui inter cætera miracula
sancti confessoris tui Martini etiam in die translationis sacri
corporis illius angelicam reuelationem populo tuo demostrasti:
praesta nobis petentibus huius patroni suffragantibus meritis: ut
ea quæ sunt placita digno affectu & deuotis metibus exequimur. p.

Ostia die apostolorum Petri & Pauli.

Oratio.

Deus cuius dextera beatum Petrum apostolum ambulan-
tem in fluctibus ne mergeretur erexit: & coapostolum eius
Paulum tertio naufragante de profundo pelagii liberauit: exau-
di nos propicius & concede: ut amborum meritis æternitatis glo-
riam consequamur. Per dominum.

Mariæ magdalenæ;

Oratio.

Largire nobis clementissimæ pater: quod sicut beata Maria
Magdalena dominum nostrum Iesum christum super omnia
d iij

diligendo suorum obtinuit veniam peccaminum: ita nobis apud misericordiam tuam sempiternam impetrat beatitudinem. Per.

Iacobi apostoli.

Oratio.

Esto domine plebiturae sanctificator & custos: ut apostoli tui Iacobimunita praesidijs: & conuerstione tibi placeat: & secunda mente deseruat. Per dominum nostrum.

Sanctorum martyrum Simplicij Faustini & Beaticis. Oratio.

Praesta quæsumus domine: ut sicut populus christianus martyrum tuorum Simplicij Faustini & Beaticis: temporali festiuitate congaudet: ita perfruatur æterna: & quod votis celebrat: comprehendat effectu. Per dominum.

Vincula sancti Petri.

Oratio.

Deus qui beatum Petrum apostolum a vinculis absolutum / ille sum abire fecisti: nostrorum quæsumus absolve vincula peccatorum: & omnia mala nobis propiciatus auerte. p dñm nñm.

Stephani Gamalielis & Nicodemii. &c.

Oratio.

Deus qui nos annua preclaræ inuentionis sanctorum tuorum Stephani: Gamalielis: Nicodemii: atq; Abibonis solennitate laetificas: præsta quæsumus: ut quos in cœlesti gloria sublimatos miraculis in terra decorasti: apud paternam pietatis tuae clametiam intercessores semper habere mereamur. Per.

Sixti papæ.

Oratio.

Deus qui conspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus: concede propicius: ut intercessione beati Sixti martyris tui atq; pontificis contra omnia aduersa muniamur. Per.

In die transfigurationis dñi nostri Iesu Christi.

Oratio.

Deus qui vnigenitum tuum hodierna die mirabiliter transformatum cœlitus vtriusq; testamenti patribus reuelasti: da nobis quæsumus bene placitis tibi actibus ad eius semper contemplandam pertingere gloriam: in quo tuae paternitati optime compleuisse testatus es. Per eundem.

De sancto Laurentio.

Oratio.

Da nobis quæsumus omnipotens deus vitiorum nostrorum flamas extinguere: qui beato Laurentio martyri tuo tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per.

Tiburtij martyris.

Oratio.

Beatib[us] Tiburcijs nos domine soueant continua præsidia: quia
non desinis propicius intueri: quos talibus auxilijs concesse
ris adiuuari. Per dominum.

In vigilia assumptionis beatae Mariæ. Oratio.

Deus qui virginalem aulam beatae Mariæ in qua habitares
eligere dignatus es: da quæsumus: ut suā nos defensione mu-
nitos; iocūdos faciat suā interesse festiuitati. Qui viuis &c. Sacra.
Munera nostra domine apud clementiam dei genitricis comen-
det oratio: quam īcīrco de præsentis āculo transtulisti: ut pro pec-
catis nostris apud te fiducialiter intercedat. Per. Postcommunio.
Concede quæsumus omnipotens deus fragiliati nostræ præsidū:
ut qui sanctæ dei genitricis requiem celebriamus: intercessionis
eius auxilio a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem.

In die. Oratio.

Veneranda nobis domine huius diei festiuitas opem conferat
salutarem: in qua sancta dei genitrix mortem subiit tempo-
ralem: nec tamen mortis nexibus deprimi potuit: quem filium tuū
dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui. Sacra.
Subueniat domine plebi tuæ genitricis oratio: quam & si pro con-
dictione carnis migrasse cognoscimus: in cœlesti gloria pro nobis
apud te orare sentiamus. Per eundem. Postcommunio.
Mense cœlestis participes effecti imploramus clementiam tuam
domine deus noster: ut quifesta sanctæ dei Genitricis colimus:
ac cunctis malis imminētibus eius intercessionibus liberemur. p[ro] eū.

Octaua dies sancti Laurentij.

Beatib[us] Laurentij quæsumus domine nos faciat passio veneran-
da lœtantes: & ut eam sufficienter recolamus: dignos efficiat.
Per dominum nostrum. Sacra.

Beati Laurentij martyris tui honorabilem passionem munēribus
domine geminatis exequimur: quēlicet proprijs sit memoranda
principijs: indefinenter tamen permaneat glorioſa. Per dominum.
Solemnis domine nobis intercessio beatib[us] Lau- P[ro]stcommu-
rentij martyris tui quæsumus præstet auxilium: ut cœlestis men-
ſe participatio quam sumptuosa: tribuat ecclesiā tuā recensitam
lœticiani. Per dominum nostrum Iesum.

Agapiti martyris.

Oratio.

d iiiij

LAETETUR ecclesia tua deus beati Agapiti martyris tui cōfisa sub fragijs : atq; eius precibus gloriolis : & deuota permaneat ; & secura consistat. Per dominum.

Octaua sanctæ Mariæ.

Oratio.

FAMULORUM tuorum quæsumus domine delictis ignosce ; vt qui tibi placere de actibus nostris non valemus ; genitricis filij tui domini nostri intercessione saluemur. Per eundem.

Timothei & Simphoriani.

Oratio.

BENEDICTIO tua domine impleat corda fidelium ; talesq; efficiat ; qui & martyrum tuorum Timothei & Simphoriani passio- nem honorificant ; & remedia salutis æternæ eorumdem patroci- nantibus meritis assequantur. Per dominum.

Bartholomei apostoli.

Oratio.

OMNIPOTENS sempiterne deus ; qui huius diei venerandam sanctamq; læticiam ; in beati apostoli tui Bartholomei festi- tate tribuisti ; da ecclesiæ tuæ quæsumus ; id amare quod credit ; & prædicare quod docuit. Per dominum.

Augustini episcopi.

Oratio.

ADESTO supplicationibus nostris omnipotens deus ; & quibus fiduciam sperandæ pietatis indulges ; intercedete beato Au- gustino confessore tuo atq; pontifice ; cōsueta misericordie tribue benignus effectum. Per dominum.

Herini atq; Juliani.

Oratio.

DEUS qui beatos martyres tuos Herinum atq; Julianum virtu- te constantiæ in passione roborasti : ex eorum nobis imita- tione tribue pro amore tuo / prospera mundi despicie : & nulla eius aduersa formidare. Per dominum.

Decolatio sancti Ioannis Baptiste.

Oratio.

SANCTI Ioannis Baptiste & martyris tui domine quæsumus ve- neranda festivitas : & salutaris auxiliij nobis p̄stet effectū. p̄ do, Felicis & Adaucti.

Oratio.

MANIFESTATEM tuā supplices deprecamur : vt sicut nos iugiter sanctorē tuorē Felicis & Adaucti cōmemoratiōe lætificas ita semp supplicatione defendas. p. Egidij Abbatis. Oratio.

PRÆTENDE nobis domine misericordiam tuam : & beati Egidij abbatis intercessio / cuius nos dedisti patrocinijs adiutori tri-

bue; ut maiestatem tuam iugiter exoret protobis. Per dominum.
Antonini.

Oratio.

OMnipotens sempiterne deus; fidelium indeficiens conserua tor; qui glorioſi martyris tui Antonini clarificare dignatus es iolemnitatem; exaudi preces supplicantis ecelesiæ & præsta; ut quod deuote expetit; eo suffragante consequi mereatur. Per.

Natiuitatis sanctæ Mariæ virginis. Oratio.

SVpplicationem seruorum tuorum deus miserator exaudi; vt qui in natiuitate dei genitricis Mariæ congregamur; eius intercessionibus a te de instauribus pículis eruamur. p. Sacra.

Vnigeniti tui domine nobis succurrat humanitas; vt qui natus de virgine; matris integratatem non minuit; sed sacrauit; in natiuitatis eius solemnijs a nostris nos pículis exuens; oblationem nostram sibis faciat acceptam. Q ui tecum &c.

Postcomur.

Sūpsumus dñe celebritatis ànuę votiva sacramēta; & presta quęſumus; vt temporalis nobis vitę remédia præbeant & eterne. Per.

Hadriani martyris. Oratio.

COncede quęſumus omnipotēs deus; vt sancti Hadriani martyris tui sociorumq; eius veneranda festiuitas salutaris auxiſij preſta augmentum. Per dñm nostrum &c.

Exaltatio sancte Crucis. Oratio.

DEUS qui nos hodierna die exaltationis sancte crucis ànua solemnitate letificas; preſta quęſumus; vt cuius mysterium in terra cognouimus; eius redemptionis prémia cōſequi mereamur Per eundem dominum.

Sacra.

Iesu christi domini nostri corpore & sanguine signati; per quę crucis est sanctificatum vexillum; quęſumus domine deus noster; vt sicut illam adorare meruimus; ita per emnitatis eius gloria salutari portiamur effectu. Per eūdem.

Sacra.

Quęſumus omnipotens deus; vt quos diuina facis participatione gaudere; humanis non finis subiacere periculis. Per.

Sanctorum martyrum Cornelij & Cypriani. Oratio.

INſermitatem nostram quęſumus domine propicius respice; & mala omnia quę iuste meremur; sanctorum martyrum tuorum Cornelij & cypriani intercessionibus auerte. Per dominum.

Sancti Nicomedis. Oratio.

Adesto domine populo tuo: ut beati Nicomedis martyris tui
merita præclara venerates: ad impetrandum misericordia
tuam semper eius patrocinij adiuuemur. Per dominum.

In vigilia sancti Matthæi apli. Oratio.

Deuimus omnipotens deus: ut beati Matthei apostoli
tui & euangelistæ quam præuenimus: veneranda solemnia
tas: & deuotionem nobis augeat & salutem. Per dominum.

In Die. Oratio.

Beatæ Matthæi apostoli tui & euangelistæ quæsumus domine
precibus adiuuemur: ut quod possiblitas nostra non obtinet
eius nobis intercessione donetur. Per dominum. Sacra.
Supplicationibus apostoli tui Matthæi & euangelistæ quæsumus
dñe: tuæ ecclesiæ oblatio accepta reddatur: atq; magnificis eius p/
dicationibus semper erudiatur & deuota permaneat. Per dñm.

Mauricij; Exuperij; Innocentij martyrum. Oratio.

Deus qui es omnium sanctorum tuorum splendor mirabilis: qui q;
huc diem in honore beatorum martyrum tuorum mauricij exu
perij; candidi; victoris; innocentij; & vitalis; sociorum eorum marty
rio consecrasti: da ecclesiæ tuæ de eorum lætaris solennitate: ut apud
mi am tuam exemplis eorum & meritis adiuuemur. Per dominum.

Cosmæ & Damiani. Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus: ut qui sanctorum martyrum
tuorum cosmæ & damiani natalicia colimus: à cunctis malis im
minētibus eorum intercessionibus liberemur. Per dominum.

Sancti Michaelis archangeli. Oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominum dis
pensas: cõcede ppicius: ut a quibus tibi ministratis in coe
lo semper assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. p. Sacra.
Hostias tibi domine laudis offerimus: suppliciter deprecantes: ut
eadem angelico pro nobis interueniente suffragio: & placatus ac
cipias: & ad salutem nostram peruenire concedas. p. Postcommu
nione beati archangeli tui michaelis interuentione suffulti: suppliciter te
domine deprecamur: ut quod ore prosequimur contingamus &
mente. Per dominum nostrum. &c.

Sancti Hieronymi.

Oratio.

Sancti nos domine Hieronymi natalicia votiva letificet; & suae
beneficij intercessione attollant. Per dominum &c.

Remigii & Germani & Vedasti.

Oratio.

Exaudi domine populum tuum & sanctorum confessorum tuo
rum remigii germani & vedasti antistitum solemnia celebrare
es: temporalis vita nos tribue pace gaudere: & aeternum reperi-
re subsidium. Per dominum nostrum &c.

Sancti Francisci confessoris.

Oratio.

Deus qui ecclesiam tuam beati Francisci meritis fecisti nouae
prolis amplificas: tribue nobis ex eius imitatione terrena de-
spicere: et coelestium donorum semper participatione gaudere. p.
Marci papæ:

Oratio.

Exaudi domine preces nostras: & interueniente beato Mar-
co confessore tuo atque pontifice: supplicationes nostras placa-
tus intende. Per dominum nostrum Iesum christum &c.

Calixti Papæ.

Oratio.

Deus qui nos conspicis ex nostra infirmitate defiscere: ad amo-
rem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exem-
pla restaura. Per dominum nostrum Iesum christum &c.

Lucæ euangelista.

Oratio.

Interueniat pro nobis domine quæsumus sanctus Lucas euange-
lista: qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore pro tui no-
minis amore portauit. Per dominum nostrum Iesum. Sacra.
Donis coelestibus da nobis domine quæsumus libera tibi mente
seruire: ut munera quæ deferimus: interueniente beato euangelis-
ta tuo Luca: & medelam nobis operentur & gloriam. p. Postco.
Repleti domine benedictione coelesti suppliciter exoramus: ut quod
fragili celebramus officio: beati Lucæ euangelistæ tui nobis pro-
desse sentiamus auxilio. Per dominum nostrum Iesum Christum.

In Feste undecimi miliium virginum.

Oratio.

Questumus omnipotens deus: qui nos beatarum virginum/
& martyrum annua solemnitate letificas: tu prijs precibus
nostrorum peccatorum remissionem tribue: quatenus recto tramite ad
perpetuam beatitudinem mereamur feliciter perennire. p. dominum

In vigilia apostolorum Simonis & Iudae

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens deus; ut sicut apostolorum tuorum Simonis & Iudæ gloria natalicia preuenimus; sic ad tua beneficia promerenda maiestatem tuam pro nobis ipsi præueniant. Per dominum nostrum &c.

In Die.

Oratio.

Deus qui beatos apostolos tuos simonem & iudam ad agnitionem tui nominis venire tribuisti; da nobis eos gloriam semper eternam; & proficiendo celebrare; & celebrando proficere. Post communio. Perceptis domini sacramentis supplices te rogamus: ut intercedentibus beatis apostolis tuis simone & iuda: que pro illorum veneranda gerimus passione: nobis proficiant ad medelam. Per dominum.

In vigilia Omnis sanctorum.

Oratio.

Domine deus noster multiplica super nos gratiam tuam: & quorum preuenimus gloria solenia; tribue subsequi in sancta professione laeticiam. Per dominum nostrum.

Sacra.

Altare tuum domini muneribus cum illamus oblatis; da quæsumus: ut ad salutem nostram oim sanctorum tuorum deprecationes proficiant: quorum solenia vetura percurrimus. Pro domino. Altare tuum munera cum oblationibus exhortemur: quorum recordationibus exhibemur. Per dominum.

In Die.

Oratio.

Omnipotens sepius deus: qui nos oim sanctorum merita sub una tribuisti celebritate venerari: quos: ut desiderata nobis tuorum propitiationis abundatia: multiplicatis intercessoribus largiaris. Pro post comunio.

In Commemoratione fidelium defunctorum.

Oratio.

Fidelium deus oim conditor & redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: ut indulgentiam quam semper optauerunt: prijs supplicatioibus consequantur. Qui vivis & regnas &c.

Sacra.

Hostias quæsumus domini quas tibi pro animabus famulorum famularumque tuarum offerimus: propiciatus intende: ut quibus fidei christiane meritum contulisti: dones & premium. Post communio. Animabus quæsumus domine famulorum famularumque tuarum omnium: fidelium defunctorum oratio proficiat supplicantium: ut eas & a peccatis omnibus exias: & tuorum redemptionis facias esse particeps. Qui vivis & regnas.

Sancti Theodori martyris. Oratio,

Deus qui nos beatí Theodori martyris tui confessione glorio
sa circundas & protegias; praesta nobis eius imitatione profice
re; & oratione fulciri. Per dñm nostrum.

Oratio.

In festo quattuor coronatorꝝ.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens deus; ut qui gloriosos marty
res tuos fortes in sua confessione cognouimus; pios apud te
in nostra intercessione sentiamus. Per dominum.

Sancti Martini ep̄i.

Oratio.

Deus qui cōspicis quia ex nulla nostra virtute subsistimus; cō
cede propicius; vt intercessione beati Martini cōfessoris tui
atq; pontificis cōtra omnia aduersa muniamur. Per. Sacra.
Da misericors deus; vt hæc nos salutaris oblatio/intercedente bea
to Martino cōfessore tuo atq; pōtifice; & à proprijs reatibus inde
sinenter expediat; & ab omnibus tueatur aduersis. Postcom.
Præsta quæsumus dñe deus noster; vt cuius festiuitate votua sunt
scramenta; eius intercessione nobis salutaria reddantur. Per.

Sancti Brictij episcopi.

Oratio.

Daq uæsumus omnipotens deus; vt beati Brictij confessoris
tui atq; pontificis veneranda solēnitas & deuotionem no
bis augeat & salutem. Per dñm nostrum.

Sancte Elisabeth.

Oratio.

Tvorum corda fidelium deus miserator illustra; & beatæ Eli
sabeth precibus gloriosis fac nos pspera mundi despicere; &
cœlesti semper consolatione gaudere. Per dñm.

Sanctæ Ceciliæ virginis.

Oratio.

Deus qui nos annua beatæ Ceciliæ virginis & martyris tuae
solemnitate lætificas; da vt quam veneramur officio; etiā pię
conuersationis sequamur exemplo. Per dominum.

Defancio Clemente.

Oratio.

Deus qui nos annua beatí Clemētis martyris tui atq; pō
tificis solemnitate lætificas; concede propicius; vt cuius nat
alia colimus; virtutem quoq; passionis imitemur. q.

Sanctæ Catharinae virginis.

Oratio.

Deus qui dedisti Isgem Moysi in summitate montis synai; &
deodē loco corpus beatæ Catharinae yginis & martyris tuae

per sanctos angelos tuos mirabiliter collocasti: concede propicius: ut eius meritis & intercessione ad montem qui christus est/ valeamus peruenire. Per eum dominum nostrum &c.

De sancta Cruce.

Oratio.

Deus qui unigeniti filii tui domini nostri Iesu Christi preciosissimus/ guine vivificare crucis vexillum sanctificare voluisti: concede quiescimus: eos qui eiusdem sancte crucis gaudet honore: tua quoque vbiisque protectione gaudere. Per dominum nostrum &c.

Alia oratio de Cruce tempore Resurrectionis.

Deus qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire volesti: ut inimici a nobis expelleres potestatem: concede nobis famulis tuis: ut resurrectionis gratiam consequamur. p. Sacra. Purifica nos misericors deus: ut ecclesia tua preces quae tibi gratae sunt: pia munera deferentes: fiant expiatim mentibus gratiore. Per dominum nostrum &c.

Postcom.

Largire sensibus nostris omnipotens deus: ut per temporalem filii tui mortem: quam mysteria veneranda testantur: vitam nobis te dedisse perpetuam consideramus. Per eundem dominum nostrum,

Oratio beatae Marie.

Deus quis salutis eterne beatae marie virginitate fecunda humano generi premia prestisisti: tribue quiescimus: ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus: per quam meruimus auctorem vitescipere dominum nostrum Iesum christum filium tuum. Qui. &c.

Alia oratio.

Concede nos famulos tuos quiescimus domine deus perpetua mentis & corporis salute gaudere: & gloria beatae marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia & eterna perfruilegia. Per dominum &c.

Sacra.

Tua domine propiciatione & beatae marie semper virginis intercessione: ad perpetuam atque presentem habitationem nobis perficiat pacem & speritatem & pacem. Per dominum nostrum.

Postcom.

Sumptis domine salutis nostrae subsiditis: da quiescimus beatae marie semper virginis nos patrocinis vbiisque protegi: in cuius veneracione hec tuas obtulimus maiestati. Per dominum.

De omnibus sanctis.

Oratio.

COncede quæsumus omnipotens deus; ut intercessio nos san
cta Dei genitricis semper virginis Mariae; sanctorumque om
nium; coelestium virtutum; & beatorum patriarcharum; prophetarum;
apostolorum; martyrum; confessorum; atque virginum; & omnium
electorum tuorum ubique latificeret; ut dum eorum merita recolimus;
patrocinia sentiamus. Per dominum nostrum &c.

Alia oratio de omnibus sanctis.

Acunctis nos quæsumus domine mentis & corporis defende pe
nitus; & intercedente Dei genitrici Maria; & beatis apo
stolis tuis Petro & Paulo atque Dominico; cum omnibus sanctis fa
litem nobis tribue benignus & pacem; ut destructis aduersitatibus
& erroribus vniuersitis ecclesia tua secura tibi seruat libertatem.
Per eundem dominum &c;

Mundet & muniat nos quæsumus domine diuinum sacramenti munus
oblatum; & intercedente beata dei genitrice Maria; & beatis apo
stolis tuis Petro et Paulo atque beato domino cum omnibus sanctis; a cu
ctis nos reddas & peruersitatibus expiatos; & aduersitatibus ex
peditos. Per eundem &c.

Pro quaunque necessitate.

Oratio.

In effabilē misericordiam tuam domine nobis clementer ostende; ut
simul nos a peccatis omnibus exuas; & a poenitatis quas pro his me
remur eripiās. Per dominum &c.

Postcommunio.

Præsta quæsumus domine; ut a ternis affectibus expiat; ad superni ple
nitudinem sacramenti; cuius libauimus sancta; tendamus. pro domino.

Pro Papa.

Deus omnium fidelium pastor & rector famulū tuum. Neque pa
storē ecclesiæ tuæ pessè voluisti; propicius respice; da ei quæsu
mus; verbo & exemplo quibus pes proficere; ut ad vitam unam cum
gregi sibi credito; perficiat sempiterum. Per dominum nostrum.

Pro tribulacione ecclesiæ.

Oratio.

Ecclesiæ tuæ domine preces placatis admitte; ut destructis aduersi
tibus & erroribus vniuersitis secura tibi seruat libertatem. pro.

Pro peccatis.

Oratio.

Fxaudi quæsumus domine supplicum preces; & confitentium
tibi parce peccatis; ut pariter nobis indulgentiam tribuas be
nignus & pacem. Per dominum nostrum.

Pro Prædicatoribus.

Oratio,

Corda famulorum tuorum dñe illuminā spiritu sancti gratia; et
ignitum eis colloquijum dona; & quicquid prædicat verbū;
largire virtutis augmentum. Per.

Sacra,

Famulis tuis dñe verbum tribue gratiosum; & munera oblata san-
ctificas/corda eorum in salutari tuo quæsumus visita. p. Postcom.
Conserua dñe famulos tuos unigeniti tui corpore & sanguine su-
cepto; & tuum nunciatis verbum largitatem tribue gratiarū;
Per dominum nostrum.

Pro familiaribus.

Oratio,

Deus qui charitatis dona per gratiam sancti spiritus tuorum
cordibus fidelium infudisti; da famulis & famulabus tuis; p
quibus deprecamur tuam clementiam salutem mentis & corpo-
ris; ut te tota virtute diligant; & quæ tibi placita sunt tota dilectione
perficiant. Per dominum.

Pro Pace.

Oratio,

Deus a quo sancta desideria; recta consilia; & iusta sunt opera
da seruis tuis illam; quam mundus dare non potest pacem; ut
& corda nostra mandatis tuis dedita & hostium sublata formidine/
tempora sint tua protectione tranquilla. Per dñm.

Sacra,

Deus qui credentes in te populos nullis finis concuti terroribus;
dignare preces & hostias dicatae tibi plæbis suscipere: ut pax tua
pietate concessa/tibi Christianorū fines ab omni hoste faciat esse se-
curos. Per dñm.

Postcom.

Deus autor pacis & amator: quem nosse est vivere; cui seruire re-
gnare est: protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos:
ut qui in defensione tua cōfidimus; nullius hostilitatis arma timea-
mus. Per dominum nostrum.

Pro iter agentibus.

Oratio,

Adesto dñe supplicationibus nostris: & viā famulorum tuorum
in salutis tuae prosperitate dispone: ut inter omnes viæ & vi-
tæ huius varietates/ tuo semper protegantur auxilio. Per

Sacra,

Propiciare dñe supplicationibus nostris: & has oblationes quas ti-
bi offerimus p famulis tuis benignus assume: ut viā illorum & pce-
dente grā tua dirigas; & subsequente comitare digneris ut nē actu-
atq; in cœlum tate eorum secundū mihi tuae præsidia gaudeamus. p.

Pro infirmis.

Oratio.

OMnipotens sempiterne deus salus æterna credentium : exaudi nos pro famulis tuis; pro quibus misericordie tuæ imploramus auxilium / vt redditas sibi sanitatem / gratiarum tibi in ecclesia tua referant actionem . Per. Sacra.
Deus cuius nutibus vitæ nostræ momenta decurrunt : suscipe preces & hostias famulorum tuorum : pro quibus ægrotantibus misericordiam tuam imploramus : vt de quorum piculo metuimus : de eorum salute lætemur. Per dominum.

Ad postulandum Pluuiam.

DEUS in quo viuimus : mouemur & sumus : pluuiam nobis tribue congruentem : vt præsentibus subsidij sufficiet ad iuti ; sempiternafiducialius appetamus . Per.

Pro serenitate.

Oratio.

AD te domine clamantes exaudi : & aeris nobis serenitatem tribue supplicantibus : vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur : misericordia tua perueniente clementiam sentiamus . Per.

Pro Prælatis & congregatione.

OMnipotens sempiterne deus : qui facis mirabilia magna solus prætende super famulos tuos & super cunctas congregations illis cōmissas spiritum gratiæ salutaris : & vt in veritate tibi cōplacent perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde . Per.

Pro Rege.

Oratio.

QUæsumus omnipotens deus vt famulus tuus Rex noster qui tua miseratione suscepit regni gubernacula : virtutum etiam omnium à te capiat incrementa : quibus decenter ornatus : vitiorum monstra deuitare : & hostes superare : & ad te qui via veriras & vita es : gratus valeat peruenire . Per dñm nr̄m.

Pro tentatis & tribulatis.

Oratio.

DEUS qui iustificas impium : & nos vis mortem peccatorum : maiestatem tuam suppliciter deprecamur : vt famulos tuos de tua misericordia confidentes : coelesti protegas benignus auxilio : & assidua protectione conserues : vt tibi iugiter famulentur : & nullis temptationibus à te separentur . Per dñm nr̄m.

Ad inuocandum gratiam sancti spiritus

Oratio.

DEUS cujus omne cor patet : & omnis voluntas loquitur : & quæ

e

nullum latet secretum: purifica per infusionem spiritus sancti cogitationis cordis nostri: vt te perfecte diligere: & digne laudare me reamur. Per. In unitate eiusdem spiritus sancti deus.

Contra tentationem carnis.

Oratio.

VReigne sancti spiritus reges nostros & cor nostrum domine: vt tibi casto corpore seruiamus: & mundo corde placeamus. Per. in unitate eiusdem spiritus sancti deus.

Pro defunctis.

Orationes.

Pro Episcopo.

Oratio.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulum tuum pontificalem fecisti dignitate vigere: presta quæsumus: vt eorum quicunque perpetuo aggregetur confortio. Per dominum.

Pro viro defuncto.

Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras: quibus misericordiam tuam supplices deprecamur: vt animam famuli tui: quam de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constitutas: & sanctorum tuorum iubeas esse confortem. Per dominum.

Pro Fœmina:

Oratio.

Quæsumus domine pro tua pietate miserere animæ famulæ tuæ: & a contagiosis mortalitatis exutam: in æternæ saluationis partem restituie. Per dominum.

In anniversario.

Oratio.

Deus indulgentiarum domine: da animabus familiarum famularumque tuarum: quorum anniversarium depositionis diem commemoramus: refrigerij sedem: quietis beatitudinem: & luminis claritatem. Per dominum.

Pro fratribus familiaribus & benefactoribus.

Oratio.

Deus venia largitor & humanæ salutis amator: quæsumus clementiam tuam: vt nostræ congregationis fratres: familiares: & benefactores: qui ex hoc seculo transferunt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis: ad perpetuæ beatitudinis confortium peruenire concedas. Perdo.

Pro parentibus.

Oratio.

Deus qui nos patrem & matrem in honorare præcipisti: misere clæmenter animabus parentum nostrorum: eorumque peccata dimitte. nosque cum eis in æternæ claritatis gaudio fac viue

re. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Pro familiaribus.

Oratio.

OMnipotens sempiterne deus; cui nunque sine spe misericordia supplicatur; propiciare animabus famulorum famularum tuarum; vt qui de hac vita in tui nominis cōfessione decesse sunt; sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per dominum.

Pro his qui in cemiterio requiescant.

Oratio.

DEUS cuius miseratione animae fidelium requiescant; famulis & famulabus tuis omnibus hic & ubique in Christo quiescentibus da propicius veniam peccatorum; vt a cunctis reatibus absoluti tecum sine fine laetentur. Per dominum.

Pro viuis & defunctis.

Oratio.

OMnipotens sempiterne deus; qui viuorum dominaris simul & mortuorum omnium misereriſ: quos tuos fide & opere futuros esse pronoscis: te suppliciter exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus: quosque vel praesens ad huc saeculum in carne retinet: vel futurum iam exutos corpore suscepit: pietatis tuae clamenria: omnium delictorum suorum veniam & gaudia consequimereantur aeterna. Per dominum.

Pro viuis & defunctis.

Oratio.

Plentate tua quæſumus domine nostrorum solue vincula omnium delictorum: & intercedente beata & glorioſa ſepeque virginis dei genitricē Maria cum omnibus sanctis: nos famulos tuos & omnem populm catholicum: in omni sanctitate custodi: omnibus consanguinitate ac familiaritate vel confessione & oratione nobis iunctos: vitij omnibus purga: virtutibus illustra: pacem & salutem nobis tribue: hostes visibiles & inuisibiles remoue: amicos & inimicis nostris veram charitatem largire: & omnibus fidelibus viuis ac defunctis vitam & requiem aeternam concede. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui,

Pro vitanda mortalitate.

DEUS qui non mortem sed poenitentiam desideras peccatorum: populum tuum quæſumus ad te conuerte propicius: ut dum tibi deuotus existit: iracundia tua ab eo flagella semper amoueas. Per dominum nostrum Iesum Christum,

Orationes domini nostri Iesu Christi.

Oratio

IEsu Nazarene respice tribulationes quae circundederunt nos vnde dico; & deprecor te toto corde contrito & humiliac in spiritu humilitatis; vt exaudias me de tribulatione; propter quam te inuoco & proclamo alpha. & o; Iesu Christe benedicte; pater omnium credentium; atque omnium creaturarum; & sicut veram carnem de beata virginem Mariam suscepisti; ita veraciter accipiamus quod a te petimus; Qui vivis & regnas;

Pro tribulatione.

Oratio

Deus qui contritorum non despicias gemitus; & credentium in te non spernis affectum; intercedentibus omnibus sanctis tuis adesto; precibus nostris quas tibi pro tribulatione nostra effundi mus; easque clementer suscipi tribuas; vt quicquid contra nos dia bolicæ atque humanæ molliuntur aduersitatum fraudes; ad nihil redigantur; & consilio pietatis tuæ allidantur; vt nullis aduersitatibus lesi; sed de omni tribulatione & angustia erepti; leti in ecclesia tua sancta tibi gratias referamus. Qui vivis & regnas deus..

Pro semetipso.

Oratio

Omnipotens semper me deus; tuæ gratiæ pietatem supplici deuotione deposito; vt omnium malorum meorum vincula solvas; cunctisque meis criminibus & peccatis clementer ignoscas; & quia me indignum & peccatorem ad ministerium tibi effici as; vt sacrificium de manibus meis placide ac benigne suscipias; electorumque sacerdotum me partipem facias; & de praceptis tuis in nullis oberrare me permittas. Per dominum nostrum. Saera Deus qui te præcips a peccatoribus exorari; tibique sacrificium cõtriti cordis offerri; hoc sacrificium quod indignis manibus meis offero; acceptare digneris; & ut ipse tibi hostia & peccatorum meorum percipi am remissionem. Per.

Postcommunio

Deus qui viuorum es saluator omnium; qui non vis mortem peccatorum; nec letaris in perditione morientium; te suppliciter de precor; vt per haec sancta quæ sumpsi concedas mihi veniam de lictorum meorum; vt admissa defleam; & deflenda postmodum non admittam; vt cum mihi extrema dies finisque vita mee aduenirit; mundatum a delictis omnibus me angelus sancti tui suscipiat. Per dominum nostrum Iesum Christum.

De sancto Emerico.

Oratio.

Deus qui Emericum iuuenili flore nitentem, in sanctorum confessorum tuorum consortio sublimasti: praesta quæsumus: ut quem tibi fecisti esse deuotum: & eius apud te perpetuum sentimus auxilium. Per dominum nostrum Iesum christum.

(De quinque plagiis dñi nris Iesu xpii). Oratio.

Domine Iesu christe fili dei viuit: qui de coelis ad terram de sis
nu patris descendisti: & in ligno crucis quinque plagas sustinui-
sti: & sanguinem tuum præciosum in remissionem peccatorum no-
strorum fudisti: te humiliter imploramus: ut in die iudicij ad dexteram tuam audire mereamur: venite benedicti patris mei. Qui viuis
& regnas deus. Per omnia saecula saeculorum. Amen.

De tribus magis. Oratio.

Deus qui tres magos orientales; Gaspar; Melchior; et Balthasar;
ad filij tui domini nostri Iesu christi cunamula: ut eum mysticis
adorarent muneribus: sine impedimento duxisti: & reduxisti:
concede famulis tuis: ut in hoc itinere quod peracturi sunt: per
ipsorum trium regum pias intercessiones & merita: pacem & pro-
speritatem: ac sanitatem: quatenus ipso vero sole: vera stella: & ve-
ro lumine ducente: ad loca optata sine offensione & impedimento
peruenire mereantur. Pereundem dominum nostrum.

De diuisione Apostolorum. Oratio.

Deus qui diuisione apostolorum tuorum hodierna die
per mundum fieri in tua puidetia præordinasti: ut
in una fidei gratia gentium per orbem ubique dispe-
sa vocaretur ecclesia: da nobis per supplicationem
ipsorum veniam promereri peccatorum: quorum vera
prædicatione: ad tuos sanctos nominis perueniamus
agnitionem. Per dominum nostrum.

De sancto Stephano rege & confessore vngarorum. Oratio.

Deus qui beatum stephanum regem & confessorem tuum ter-
reni Imperij gloria & honore coronaasti: & factorum tuorum
societate sublimasti: praesta quæsumus: ut quem Panonia habuit
divine religionis doctorem in terris: eum modo ecclesia mereatur

a ij

habere defensorem in cœlis. Per dominum nostrum.

De sancto Gregorio pro defunctis.

OMnipotens sempiterne deus; qui nos beati gregorij cōfes
foris tuū atq; pontificis cōmemoratione lātificas; concede p
picius; vt qui eius precibus & meritis defunctorum animas suppli
cij̄ misericorditer liberalsti. liberes quoq; eiusdem p̄ijs suffragijs
animam famuli tui. N. à tormentis æternis; erexitamq; coelestium
bonorum facias eile consortem. Per dominum nostrum.

Hæc oratio dicatur ante benedictiones sequentes.

DEUS quifamulo tuo Moysi in liberatione populi tui de ægypto: agnum occidere iussisti in similitudinem domini nostri Iesu christi; & utroq; postes domorū de sanguine huius agni pungit p̄cepisti; ita benedicere & sanctificare digneris hanc creaturam carnis; quam nos famuli tui ad laudem tuam sumere desideramus; per resurrectionem domini nostri Iesu christi. Qui tecum viuit & regnat in unitate. &c.

Benedictio carnium vel auitum.

Oratio.

DIGNARE domine deus omnipotēs benedicere & sanctificare has ouium siue ayium carnes; vt quicunq; ex populis tuis futu-
deliter de eis comedentur; omni benedictione cū gratia saturati re-
pleantur bonis. Per dominum nostrum Iesum christum,

Benedictio Casei & Ouorum.

Oratio.

DEUS creator & cōseruator generis humani; dator gratiæ sp̄i
ritualis; largitor æterne salutis domine; effunde benedictionem tuam super hanc creaturam casei & ouorum; vt armati cœlesti defensione; quicunq; ex eis gustauerint; sibi proficiant ad æternam salutem. Per dominum nostrum Iesum christum. &c.

Benedictio Panis.

Oratio.

DOMINE sancte/pater omnipotēs/æterne deus: benedicere digneris hunc panem tua sancta spiritali benedictione; vt sit omnibus mentib; & salus corporis; atq; contra oes morbos & vniuerfas inimicorū insidias tutamen. Per dominum,

Benedictio loci vel domus.

Oratio.

BENEDIC domine deus omnipotens locū istum vel domū istā; vt sit in eo vel in ea sanitas; castitas; victoria; virtus; humilitas;

bonitas & mansuetudo / plenitudo legis: & gratiarum actio deo patri & filio & spiritui sancto: & haec benedictio maneat super hunc locum: vel super hanc domum: & super habitantes in eo vel in ea. Per dominum nostrum Iesum christum filium tuum. &c.

Benedictio unicus rei. Oratio.

Benedic domine creaturam istam. N. vel. N. vt sit remedium salutare generi humano: & praesta per invocationem tui sancti nominis: ut quicunque ex ea sumplerint vel gustauerint corporis sanitatem & animae tutelam percipiant. Per dominum nostrum.

Benedictio nouorum fructuum. Oratio.

Benedic domine hunc fructum nouum aruorum: vt hi qui vtum tur eo sint mente & corpore sanitati restituti. Per dominum.

Benedictio Vvae vel Fici.

Benedic domine hos fructus nouos vuae siue ficium: quos tu domine per rorem coeli & inundantiam pluiarum: & tempora serena atque tranquilla: ad maturitatem producere dignatus es percipiendos nobis cum gratiarum actione. Per christum dominum.

Benedictio Ouorum. Oratio.

Svaueniat quæsumus domine tuae benedictionis gratia huius ouorum creaturaræ: de qua pullos gallinarum procreare dignatus es: vt cibus salubris fiat fidelibus tuis in tauræ gratiarum actione sumentibus. Per christum dominum nostrum.

De orationibus ad Cathecumenum faciendum.

Omnipotens sempiterne deus: pater domini nostri Iesu christi: sti reipicere dignare super hunc famulum tuum. N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnem cæcitatem cordis ab eo expelle: dirupe omnes laqueos satanæ: quibus fuerat colligatus. Per dominum nostrum.

Aperi ei domine ianuam pietatis tuae: & signo sapientiae tuae imbutus: omnium cupiditatum foetoribus careat: & ad surauem odo rem præceptorum tuorum loetus tibi in ecclesia tua deseruiat: & proficiat de die in diem: vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui precepta medicina. Per eundem dominum nostrum Iesum. &c.

PReces nostraras quæsumus domine clementem. Alia oratio. Pier exaudi: & in hunc electum tuum crucis dominice impressio: quem signamus: vt tute custodi: vt magnitudinis gliae rudimenta ser-

trans per custodiam mandatorum tuorum ad regenerationis gloriam peruenire mereatur. Per dominum. Alia oratio. Deus qui humani generis ita es conditor: ut sis etiam reformator: propiciare populis adoptiis: & nouo testamento sobolem nouę prolis ascribe: ut filij tui promissionis: quod non potuerunt allegari per naturam: gaudent serecepisse per gratiam. Per eundem.

Exorcizo te creaturam salis in nomine dei patris. Benedictio salis. Tris omnipotentis: & in charitate domini nostri Iesu Christi: & in virtute Spiritus sancti. Exorcizo te per deum viuum & verum: per deum qui te ad tutelam humani generis procreauit: & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari precepit: ut in nomine sancte trinitatis efficiaris salutare sacramentum: ad effugandum inimicum. Pro inde rogamus te domine deus noster: ut hanc creaturam salis sanctificando sacrificies: benedicendo bendicas: ut fiat omnibus accipientibus perfecta medecina permanens in visceribus eorum: in nomine domini nostri Iesu Christi: qui venatus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Accipe falsa scientiae: per quod propiciatus sit tibi deus in via eternam.

Deus patrum nostrorum: deus uniuersae conditor. Oratio. Veritatis: te supplices exoramus: ut hunc famulum tuum. N. respicere digneris propicius: et hoc primum pabulum salis gustarem non diutius esurire permittas: quo minus cibo explcatur coelestis: quatenus sit semper domine spiritu seruens: spe gaudens: tuo semper nominis seruens: & perducere ad nouam regenerationis lauacrum: ut cum fidelibus tuis: promissionum tuarum eterna pmia consequi mereatur. Per dominum.

Deus Abraam: deus Isaac: deus Iacob: deus qui Moysi famulo tuo in monte Synai apparuisti deputans eis angelum pietatis tuae: quem custodire eos die ac nocte: te quæsumus domine ut mittere digneris sanctum angelum tuum: ut similiter custodiat & hunc famulum tuum. N. & perducat eum ad gratiam baptismi tui.

Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam: & da honorem deo viuo & vero: da honorem Iesu Christo filio eius: & spiritui sancto: ut ex eas & recedas ab hoc famulo dei. N. quia istum simili deus & dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam: & benedictionem: fontem baptismatis donec vocare dignatus est:

& hoc signum sanctæ crucis ☩ quod nos frōti eius damus: tu ma-
ledicte diabole nūc audeas violare. Per eundē : Sup fœminas.
Deus cœli; deus terre; deus angelorum; deus archangelorum;
deus prophetarum; deus apostolorum; deus martyrum; de-
us confessorum; deus virginum; deus omne bene viuentium; deus
cui omnis lingua confitetur; omne genu flectitur cœlestium/terre
strium / & infernum; te inuoco domine super hanc famulam tu-
am. N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptis̄ tui. Per do-
minus nostrum Iesum.

Super masculos.

Deus immortale præsidium postulantium; liberatio suppliciū;
pax rogantium; vita credentium; resurrectio mortuorum; te
inuoco domine super hunc famulum tuum. N. qui baptis̄ tui do-
num petens æternam cōsequi gratiam spiritalis regeneratione de-
siderat. Accipe eū dñe; & q̄a dignatus es dicere; petite & accipietis; q̄
rite & inuenietis; puliate & aperietur vobis. petenti p̄mum porri-
ge; & ianuam pande pulsanti; vt æternam cœlestis latracti benedi-
ctionem: consecutus; promissa tui munera regna percipiat. Per
dominum nostrum Iesum Christum.

Audi maledicte satana adiuratus per nomen æterni dei & salua-
toris nostri Iesu Christi filii eius: cum tua victus inuidia tremens
gemenisq; discede; nihil tibi sit commune cum seruo dei iam cœle-
stia cogitanti: renunciatur o tibi ac sæculo tuo: & beatæ immortali-
tati victuro. Da igitur bonorē aduenienti spiritu sancto paracletō:
qui ex summa cœli arce descendens: perturbatis fraudibus tuis/ di-
uinofonte purgatum pecius; id est sanctificatum deo/ templum &
habitaculum perficiat; & ab omnibus penitus noxijs præterito-
rum criminum liberatus; seruus dei effectus; gratias perenī deo
referat semper; & benedicat nomen eius sanctum in sæcula secu-
lorum. Amen.

Super fœminas.

Deus Abraā; deus Isaac; deus Jacob; deus qui tribus israel de-
ægypti aseruitute liberaſti & per Moysen famulum tuū de-
cūtodia mandatorum tuorum in deserto monuisti. Susannam de-
falso crimine liberaſti; te supplex domine deprecor: vt liberes &
hanc famulam. N. & perducere eam digneris ad gratiam baptis̄

Emitui.

De masculis.

Exorcizo te immunde spiritus in nomine patris/ & filij/ & spi-

ritus sancti: vt ex eas & recedas ab hoc famulo dei. N. ipse enim tibi
imperat maledicte damne; qui pedibus suis supra mare ambu-
lavit; & Petro mergenti de xteram porrexit.

Super foeminas.

Exorcizo te immundus spiritus per patrem / & filium / & spiritum
sanctum: vt ex eas & recedas ab hac famula dei. N. ipse enim tibi im-
perat maledicte damne; qui cæco nato oculos aperuit; & quatri
duanum Lazarum de monumento suscitauit.

Oratio.

Aeternam ac iustissimam pietatem tuam deprecor domine sancte
pater omnipotens æternæ deus luminis & veritatis super hanc fa-
mulum tuum. N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentie
tuæ: in uanda eum & sanctifica; & da ei scientiam veram; vt dignus
efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui: teneat firmam spem
consilium rectum: doctrinam sanctam: vt aptus sit ad percipien-
dam gratiam baptismi tui. Per Christum dñm nostrum. Amen.

Ne celerat Sathanæ imminere tibi poenas: : imminere tibi tor-
menta: imminere tibi diem iudicij: diem supplicij sempiter-
ni: diem qui venturus est velut clibanus ardens: in quo tibi atq;
vniuersis angelis tuis æternus veniet interitus. Proinde damne
atq; damnandæ: da honorem deo viuo & vero: da honorem Iesu
Christo filio eius & sp̄. ctō pacete: in cuius nomine atq; virtute p̄
cipio tibi quicunq; es spiritus immude: vt ex eas & recedas ab hoc
famulo dei; quem ho die deus & dominus noster Iesus Christus
ad suam sanctam gratiam & benedictionem fontemq; baptismi
dono vocare dignatus est: vt fiat eius templum per aquam re-
generationis: in remissionem omnium peccatorum: in nomine
eiusdem domini nostri Iesu Christi: qui venturus est iudicare viuos
& mortuos & seculum per ignem. Effecta quod est aperiare. In o-
dorem suavitatis. Tu autem effugare diabole: appropinquauit e-
nam iudicium dei.

Ad benedictionem aquæ.

Oratio.

Omnipotens sempiterne deus: adesto magna pietatis tue my-
sterijs: adesto sacramentis & ad recreandos nouos populos
quos tibi fons baptismatis pruriit: spiritu adoptionis emittit: vt qđ
nostræ humilitatis gerendum est in mysterio: tue virtutis implatur
effectu. Per dominum nostrum Iesum Christum.

Præfatio ad benedicendum aquam baptismatis.

Quia inuisibili potentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris eflectum; & licet nos tantis mysterijs exequendis sumus indigni; tu tamen gratia tua dona non descrens; etiam ad nostras preces aures tuæ pietatis inclinas. Deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur; ut ianuam tunc virutem sanctificationis aquarum natura conciperet. Deus qui no[n] centis mundi crimina per aquas ablues; regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione signasti; ut vnius eiusdemque elementi mysterio; & finis esset vitijs; & origo virtutibus. Respice domine infatiam ecclesiæ tuae & multiplica in ea regenerationes tuas; qui gratia tuae affluentibus impetu lætificas ciuitatem tuam; fontemque baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innouandis; ut tuae maiestatis imperio sumat vniogeniti tui gratiam de spiritu sancto. Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam; arcana suiluminis admixtione fœcundet; ut sanctificatione concepta; ab immaculato diuinu[m] fontis utero in nouam renatam creaturam progenies coelestis emergat. Et quos aut sexus in corpore; aut etas discernit in tempore; omnes in vnam pariat mater infantiam. Procul ergo hinc iubente te domine; omnis spiritus immundus abscedat procul; tota nequicia diabolice fraudis absistat. Nihil hic loci habet at contrarię virtutis admixtio; non insidiando circumuolet; non latendo surripiat; non inficiendo corrumpat. Sit bæc sancta innocens creatura; libera ab omni impugnatoris incursu; & totius nequiciae purgata discessu; sit fons viuus; aqua regenerans. Vnde purificans; vt omnes hoc clauacro salutifero diluendi (operante in eis spiritu sancto) profectæ purgationis indulgentiam cōsequant. Vnde bñdico te creature aquæ per deum viuum per deum sanctum per deum qui te in principio verbo separauit ab arida; cuius spiritus super te ferebatur in mundi creatione. Qui te de paradiſo manare fecit; & in quattuor fluminibus totam terram rigare precepit. Qui te in deserto amaram (suanitate indita) fecit esse portabilem; & sicuti populo de pe tra produxit; vnde bñdico te per Iesum Christum filium eius unicum dominum nostrum; qui te in Chana galilee signo admirabili sua potentia conuertit in vinum. Qui pedibus super te ambulauit; & a Ioanne in Jordane in te baptizatus est. Qui te vna cum

sanguine de latere suo pduxit: & discipulis suis iussit: vt credentes baptizarentur in te dicens. Ite & docete omnes g̃etes: baptizates eos in nomine patris & filii & spiritus sancti.

Oratio.

Hæc nobis præcepta seruātibus tu deus omnipotens clemens adesto: tu benignus aspira: tu has simplices aquas tuo ore bñdicito: vt præter naturalē emundationē quā laudis possint adhibere corporibus sint retia purificandis tibi mentibus efficaces.

Oratio.

Descendat in hanc plenitudinem fontis virtus sp̃issæ sancti: totamq; eius substantiæ regeneradis fecundet effectu: hic omniū peccatorum maculae deleantur: hic natura ad imaginem tuam condita: et ad honorem sui reformata principij: cunctis vetustatis scalaribus emundetur: vt omnis homo hoc sacramentum regenerationis in gressus in veræ innocentia nouam infantiam renascatur. p dñm.

Sanctificetur & fecundetur fons iste renascentibus ex eo in vitâ æternam. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen.

Abrenuncias satanæ & omnibus opib; eius; Abrenuncio. Etego te lineo oleo salutis in Christo Iesu domino nostro: vt habeas vitam æternam: & vias in sæcula sæculorum. Amen.

Deus omnipotens / pater domini nostri Iesu Christi: qui te regenerauit ex aqua & spiritu sancto: quiq; dedit tibi remissionem omnium peccatorum: ipse te lineat in vitam æternam. Amen.

Accipe vestem sanctam candidam & immaculatam: quam perferas ante tribunal domini nostri Iesu Christi: vt habeas vitam æternam & vias in sæcula sæculorum. Amen.

Accipe lampadem ardenter irreprehensibilē: & custodi baptismum tuum: vt cum venerit dominus ad nuptias cum omnibus sanctis: possis ei occurrere in aula cœlesti: vt habeas vitam æternam: & vias in sæcula sæculorum. Amen.

Dñica in ramis Palmeræ. Benedictiones super ramos.

Deus cuius filius p salutem generis humani de coelo descendit ad terras: & appropinquate hora passiois suæ hierosolymā in asina venire: & à turba rex appellari ac laudari voluit: bñdicere dignare hos palmaræ cæteraræq; frondiū ramos: vt oēs qui eos latueris in manus suas tuis ita bñdictionibus repleant: quatenus & in hoc sæculo hostis antiquitatemeta supare: & in futuro cū palmis victoriae: & fructu bonorum operum: tibi valeat apparere.

Alia oratio.

OMnipotens sempiterne deus: qui Noe famulo tuo ostendisti diluvij effusionem: & per os columbae gestantis ramum oliuae pacem terre redditam renunciare voluisti: te supplices deprecamur: ut hanc creaturam olivarum siue cæterarum frondium: quam ante conspectum gloriae tuæ offerimus: potestia tua sanctifices: ut eas deuotus populus in manibus suscipiens: benedictionis tuæ gratiam consequi mereatur.

Alia oratio.

Petimus te domine sancte pater omnipotens: eterne deus: ut respice digneris super hanc creaturam oliuae & palmæ: cæterarumque frondium: quæ in ligni materia pducere iussisti: cum columba rediens arcam: proprio protulit ore: benedicere & sanctificare digneris hos ramos: ut quicunque ex eis acceperit: sibi ad perfectionem animæ & corporis: & fiant nostræ salutis remedium: & tuæ gratie sacramentum.

Alia oratio.

Omnipotens sempiterne deus: qui dispersa congregas: & congregata conservas: qui populis hominum & ramos portantibus benedic: dixisti: benedic hos ramos palmæ & oliuae: cæterarumque frondium: quos filii tui ad honorem nominis tui suscipiunt: ut quocunque loco introducti fuerint: tuæ benedictionis consequantur effectum: ut omni aduersa valitudine effugata dextera tua protegat: quos redemit. Per dominum nostrum. &c.

Alia oratio.

Canticum Angelorum.

Gloria in excelsis deo. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Dñe deus / rex coelestis / deus pater omnipotens. Dñe fili vnigenite Iesu Christi. Dñe deus / agnus dei / filius p̄ris. Qui tollis peccata mundi / suscipe deprecationem nostram. Quis edes ad dexteram patris / miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dominus. Tu solus altissimus iesuchriste cum sancto spiritu / in gloria dei patis. Amen.

Symbolum patrum.

Credo in unum deum patrem omnipotentem factorem coeli & terræ; visibilium omnium & invisibilium. Et in unum dominum

Al, m
IV **M** **magni**
fico sen
or
fer Iesum christum filium dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum deo: lumen de lumine: deum verum deo vero. Genitum / non factum / consubstantiale patri; per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit de celis. Et incarnatus est de spiritu sancto ex maria virgine: & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Poncio pilato. Passus & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum: sedet ad dexteram patris.

Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in spiritum sanctum dominum & viuiscentem: qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur: qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam & apostolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma & in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vita venturi saeculi. Amen.

Oratio Dominica.

Pater noster; qui es in celis; sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimittite nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem; sed libera nos a malo. Amen.

Salutatio Angelica.

Ave maria gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus: & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta maria mater dei ora pro nobis peccatoribus. Amen.

Salutatio ad Virginem.

Salue Regina. Mater misericordie. Vita dulcedo spes nostra. Salve. Ad te reclamamus exules filij Euae. Ad te suspiramus gemetes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra/ illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et Iesum bene dictum fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens. O pia. O dulcis virgo semper Maria. Ora pro nobis sancta dei Genitrix: Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Amem.

Sequuntur decem praecepta Decalogi.

Intabulis binis lex est depicta petrinis.

VNum cole deum: Ne iures vana per illum
Sabbata sacrifices: Charos venerare parentes,
Noli moechari, Noli de cede notari.
Furta caue fieri: Non sis testis nisi veri.
Non cupias nuptias: Nec quaeras res alienas.

C De septem articulis diuinitatis.

Articulus primus monstrat q̄ sit deus vnuſ.
In patremq; sequens dicit q̄ credere debes.
Tertius in natum te cogit credere christum,
Quartus te cogit in ſanctum credere pneuma,
Credas in quinto deitate cuncta creafeſſe.
Sextus ait crede; dominus peccata remittet,
Omnes ſurgeamus septenus dicit aperte.

C De septem articulis humanitatis.

Conceptus; natus; paſſus; deſcendit ad ima,
Surgit & ascendiſt; veniet diſcernere cuncta.

C De septem ſacramentis Eccleſiae.

Abluo/firmo/cibo/piget/vxor/ordinat/vngit.

C De septem operibus misericordiae ſpiritualibus.

Confule; carpe; doce; ſolare; remitte; fer; ora.

C De Septem operibus misericordiae corporalibus.

Viſito; poto; cibo; redimo; tego; colligo; condo.

C De septem peccatis mortalibus.

Laudis amore tumens; miſerac̄d cupidine auarus,

Inuidus; iracundus; iners; gulofus; amator.

C De virtutibus Theologicis.

Christicolae virtus amor eſt tibi, ſpēq; fideſq;

C De quattuor virtutibus Cardinalibus.

Eſti iustus; fortis; eſt prudens; atq; modestus.


D e quinq; ſenſib⁹ corporis.

Viſus; odoratus; cum guſtr; tactus & auris,

Finis.

APVD INCLYTAM GARNATAM
MENSE NOVEMBRI
M.D.XXXIII.





Aethærum quicunq; cupis descendere regnum;
Ex his difficilem tu tibi sume viam.

17. n. b.